

917

SPECVLVM
NATVRAE
HVMANÆ,

Sive

MORÉS

ET TEMPERAMENTA HO-
MINVM VSQVE AD INTIMOS ANI-
morum sensus cognoscendi,

OLIM

AB HERMANNO FOLLINO
P. ET M. DOCT: AC IN COLONIEN-
SIYM VNIVERSITATE PROFESS.
publico, Belgico idiomate con-
cinnatum,

& methodo Aristotelis illustratum,

NVNC VERÒ

STVDIO ET OPERA EIVSDEM FILII
JOANNIS FOLLINI *Phil. & Med. Doct. &
Professoris publici, latinitate donatum.*

Omnibus maxime vtile, & lectu
iucundum.



COLONIÆ AGRIPPINÆ.
Apud JOBOCVM KALCOVIYM
ANNO M. DC. XLIX.



8888
8888

NOB
Co


D.

ILLV
TENTIS
Ordinu
Auraci
an

D.

COMI
ET ME
fimo, no
cipis Ele
brug





NOBILISSIMIS, CLARISSIMIS,
CONSULTISSIMIS, LITTE-
ratissimisque Viris

D. HENRICO
à Bilderbeck

ILLVSTRISSIMORVM PO-
TENTISSIMORVMQVE HOLLANDIÆ
Ordinum, ac Serenissimi olim Principis
Auratici ad Colonienses Agendario à multis
annis meritissimo, Patrono & Mæ-
cenati meo colendissimo.

D. BERNARDO
Rottendorffio,

COMITI PALAT. CÆS. PHILOS.
ET MEDIC. DOCTORI EXPERIENTIS-
simo, necnon Sereniss. Reuerendiss. Prin-
cipis Elector. Coloniensis & Episcopi Osna-
brugenfis Medico Cubiculario dignissi-
mo, Amico & fautori meo æter-
num obseruandissimo.

* 2

D. HER-

EPISTOLA

D. HERMANNNO

Oestman,

COMITI PALAT. CÆS. I. V.
LICENTIATO ET ADVOCATO CELE-
berrimo, Serenissimi Principis Electoris
Coloniensis Consiliario & Commissario emi-
nentissimo, nec non Ducatus Montensis
Syndico spectatissimo.

D. LAVRENTIO

Mey,

VIRTUTE IVXTA AC DOC-
TRINA PRAESTANTISSIMO, ALTI
Electoralis Judicij, nec non Curia Archi-
episcopalis Coloniensis Procuratori
Vigilantissimo, Cognato, ac

Compatri meo dilectissimo

D.D. Patronis & fautoribus meis plurimum
colendis

Salutem ab Auctore Salutis unico.

Per-

DEDICATORIA.

Perpendenti mihi, *Nobiles; Am-
plissimi, & Cl. Viri, Domini ac Mæ-
cenates Optimi*, multis abhinc se-
tro actis sæculis diuturnâ quadam consue-
tudine receptum fuisse, vt si scriptorum
quispiam aliquid in lucem posteritati man-
dare niteretur, id ita à se elucubratum Vi-
ris in Rebus publicis scientiâ ac dignitate
præcellentibus dedicaret, ac consecraret,
quorum fauore, ac Patrocinio, seu Miner-
uæ Ægide munitus, pestilentissima inuido-
rum spicula, criticorumque temeritatem
non reformidaret. Idem mihi quoque in
edendo huius exiguæ molis Opusculo Hu-
manæ nimirum Physiognomiæ speculo,
perquam maximè faciendum esse duxi, vt
& ego contra nonnullos Momos, mimos,
ac Sycophantas Philosophiæ osiores maxi-
mos (vbi opus fuerit) vestra autoritate,
prudencia, ac sublimi in omnibus iudicio
fretus adiuuari & defendi queam. Hi nam-
que falsò secuti Plinium lib. 2. hist. natura-
lis c. 52. contra Aristotelem, fontem omni-
um disciplinarum, naturæ illud miracu-
lum vanam & friuolam hanc appellare
doctri-

O

V.
ELE-
toris
emi-
is

O

O C-
L T I
rchi-

um

Per-



EPISTOLA

doctrinam non verentur, & eam damna-
 re pergunt scientiam, quam ne primis qui-
 dem labris degustarunt, naturæ quippe
 maiestatem nunquam rectè olfecerunt,
 nihilominus eam artem impudentissimis
 suis conuitijs inceslere non omittunt,
 quam penitus ignorant. Quâ re quid ini-
 quius, quid abiectius, quid demum futili-
 us per Deum immortalem, rogo, dici aut
 excogitari valeat, non video. Quæue ma-
 ior est deliratio ac vecordia, quam Philo-
 sopheri doctrinam, eiusque optimos Inter-
 pretes, utpote ingeniosissimum Ioannem
 Baptistam à Porta, Gratarolum, Willich-
 um, Hagecium, aliosque innumeros lau-
 dados Authores mendacij & erroris argue-
 re? Sed quorsum hæc? Maneant isti talebro-
 si homines, eorumque pedissequi in sua o-
 pinione perpetuo, qui nihil sapiunt, quod
 castum, quod iucundum sit, quod denique
 seductum sit à vulgari disciplina: quique
 nihil inclytum & celebre, sed quippiam
 forsan gregatium è nigellis Cadmi filijs
 sunt consecuti. Vos autem Prænobiles,
 Clariss. Consultiss. Doctissimique Viri
 me-

melior
 ignora
 cidissim
 corpor
 non
 Conff
 recto
 intimi
 tis nat
 Græci
 Trism
 freque
 que sap
 porum
 qui in
 Prom
 menti
 am on
 & me
 rant. N
 plis re
 enim
 aliam
 diuer
 mam

DEDICATORIA.

meliore iudicio ac prudentia imbuti, non ignoratis Physiognomiam, quâ velut in lucidissimo speculo mentes hominum in corpore dignoscuntur, mortalium generi non inutilem neque infrugiferam esse, Constat eam vobis non ab honestatis & recto veritatis tramite discedere, verum ex intimis Philosophiæ penetralibus & adytis natam existere. Constat illam vobis à Græcis, ab Ægyptijs, ab Hermete olim Trismegisto multis abhinc elapsis sæculis frequentissimo usu excultam fuisse, Denique sapientissimum Deum non abs re corporum atque hominum varietatem fecisse qui in condendo mundo tamquam verus Prometheus quæque animalia suis lineamentis effinxit, ut nullum cum alio quoquam omnino esset conforme, cuius ratione & mentis & animorum diuersæ species erant. Neque in re notissima multis exemplis recensendis opus est. Quotusquisque enim non videt aliam asini, aliam Leonis aliam cerui, aliam ursi, aliam Aquilæ, aliam diuersorum animalium, aliam hominis formam fictam fuisse? singulis tamen suis est

*

4

ani-

EPISTOLA

animus, si quidem nemo non in asino stuporem, in Leone animi magnitudinem, in ceruo timiditatem, in vrsis rapacitatem, in coruis furta & garrulitatem, in Aquilis sublimitatem, vt alia præteream, cognoscit? Pari quoque pacto post homines natos tanta filorum corporis dissimilitudo visa est, vt nulli vel gemelli, iam iam ex vtero matris egressi, atque adeo vno ouo prognati, vt Castor & Pollux, penitus forma consimili apparuerint. Quid, quod in homine multo plures sint differentia quam in cæteris animalibus. Velocitas quippe cogitationum animique celeritas & ingenij varietas, teste Plinio, multifformes notas imprimit, cum cæteris animalibus immobiles sint animi & similes omnibus singulisque in suo genere. Accedit ad hoc donorum diuersitas, quæ ipsa ita variant in animis vt in corporibus. Quare cum tantam animorum iuxta corporum lineamenta varietatem prudentissimi Viri, tum ex plastica, tum ex particulari quadam Dei Donatione obseruassent, non dubitarunt multa ratione & longâ experientia

entiâ
pora
corpo
ex alte
digno
nem s
sult. D
pensio
muta
quisq
culos
studi
præd
liarita
dios
cum
re del
inclin
stat. V
æuo
occu
fagac
long
mia
uisir

DEDICATORIA.

entiâ confirmati singulis moribus sua corpora adpingere, & è contrario singulis corporibus suos mores, vt certius alterum ex altero colligeretur. Ex hac animorum dignotione tandem Physiognomia originem suam duxit, quæ Nobil. Cl. Exp. Consult. Doct. Viri mores hominum & propensiones naturales per temperamenti mutationem natos patefacit, solet enim quisque plurimum propensiones & igniculos à natura sibi concessos, summo cum studio persequi, hæc enim facit, vt qui ea præditus sit non temerario ausu se in familiaritatem cuiusvis ingerat priusquam modios aliquot salis (vt vulgo fertur) vnâ cum eo consumpserit, & indicijs in corpore delineatis detexerit, quibus moribus aut inclinationibus animorum præditus existat. Verum quando hoc exulceratissimo æuo dissimulatio fere omnium mentes occupauerit, Physiognomi industria aut sagacitas inutilis videbitur? Hoc à vero longè dissitum est, cum enim Physiognomia ad detegendos hominum mores aptissima sit, si quid proferatur ab hominibus,

* §

bus,

EPISTOLA

bus, quæ in iudicijs & notis in corpore eorū
 expresse refragari videantur, eorum
 simulatione reectos mores agnoscat. Quā-
 obrem cum tanta huius doctrinæ utilitas
 tum necessitas existat, vt non satis pro-
 dignitate suâ ac præstantiâ verbis vllis col-
 laudari ac de prædicari queat, non imme-
 rito ego Prænobil. Cl. Exc. Conf. Doctif-
 simique Viri huic arti operam meâ addixi
 vbi à grauioribus studijs feriatas hoc hu-
 manæ Physiognomiæ Speculam Belgico
 olim idiomate à Parente meo p. m. Herm.
 Follino Med. Doct. & Prof. Colonienſi
 conscriptum, & facillimâ Aristotelis
 methodo dilucidatum, in sermonem Lati-
 num transtuli, vt hac interdum iucundâ di-
 sciplinâ (quotquot metum Philosophiam
 amant & colant) animum oblectare vale-
 ant. Vestris autem Prænobil. Cl. Excell.
 Consult. Doctissimisque Dominat. ideo
 nuncupare, dedicare ac consecrare consti-
 tui, vt vbi à non nullis zeilis dente Theo-
 rino rodi ac dilacerari mihi contigerit, te-
 nuem hanc meam opellam, imo iam ve-
 stram & vobis dedicatam contra sibilos &

sufur-

sufur-
 gatis,
 conati
 Quoc
 Dabo
 nio,
 quanc
 interir
 sult. D
 tatis ca
 floreso
 --- De
 Calen
 1649.

DEDICATORIA

fufurtos Inuidorum defendatis, ac prote-
gatis, mihi meisque Musis fauere, & meis
conatibus bene cupere non desistatis.
Quod si, vt minime dubito, obtinuerō,
Dabo operam vt crescente ætate ac inge-
nio, Deo Duce, maiores vel utiliores ali-
quando laborum fructus exhibeam. Vos
interim Nobiles, Clariss. Excellent. Con-
sult. Doctiss. Viri diutissimè publicæ utili-
tatis causa, viuite, Valetē, & pancraticè ef-
floreſcite. Quo voto deuoto claudo —
--- *Deus annue votis.* Dabam Colon. Agripp.
Calendis Februarij Anno partæ Salut.
1649.

*Vestr. Nobiliss. Clariss. Excell. Doctiss.
Domin. Studiosissimus*

JOANNES FOLLINUS
Phil. & Med. Doct. ac
Prof. p.

EPIS.

EPISTOLA

ADM. REV. ET EXIMIE

P. IOANNIS

MANTELI,

ORD. EREMIT. S. AVGVSTINI,
S. Theolog. Doct.

AD AVCTOREM.

Clarissime, & Expertissime Domine:

Perlegi elegans & venustum Opusculum de
Physiognomia Domini Parentis tui, Viri
vndicunque doctissimi, latius à te donatum & au-
ctum. Perplacet vel eo titulo, quod, vt nuper scripsi,
Physica cognitio non parum conducit ad vitam
ciuilitate & rite instituendam. Cumque ex vsu vi-
tæ nostræ sit aliorum nouisse mores & inclinatio-
nes, idque vel ad nostra promouenda, vel in nos
concepta deuitanda, profecto non potest, quin
commentatio illa vestra non modo Medicina,
sed omnium facultatum studiosis sit futura uti-
lis & proficua, cum eo quod ingenuam animi al-
latura sit voluptatem. Adeo nihil in ea deprehen-
di, quod

di, qu
tatem
quodan
bores t
doque
nare.
beneuo
Musæ
XLIX,
III

di, quod in cuiusquam offensionem vel dicaci-
tatem incurrere debeat. Quin potius pro iure
quodam nostrae amicitiae adhortor, ne publico la-
bores tuos diutius inuideas: sed docendo scriben-
doque pergas hanc aliam Vniuersitatem exor-
nare. Quod spero pro innata humanitate &
beneuolentia in Rempublicam facies. Vale, Ex
Museo nostro IIX. Calend. April. M. DC.
XLIX,



IN

IN LIBRUM PHYSIOGNOMICON
sive speculi

NATURÆ HUMANÆ

Olim Belgico Idiomate editum

A D. HERMANNO FOLLINO

PHYSIOLOGO ET MEDIC. DOCTORE

quondam non vulgari.

NUNC STUDIO ET OPERA EIVSDEM

Filij

IOANNIS FOLLINI

PHIL. ET MED. DOCT. AC PROF. P.

latinitate donatum.

OMnipotens genitor vasti dum conderet
Orbis

Mænia, regalique situ disponderet artus

Humanos, supera vt mortales astra viderent,

Nulla prius strictis iniiecit fræna catenis

Ipforum arbitrio; at dominari in cætera iussit

Omaia, quæ Mundi gremio complexa tenentur.

Atq; ait: hæc vestro capiti, generiq; referuo

Coudita, Adamigenæ; auctorem cognoscite
vestrum,

Ut libet, aut alio quovis advertite mentem,

Signa tamē vultu referet, quid quæq; moretur.

Christianus Adolphus Thuldenus Populo Mar-

tius in Gradib. B. M. V. Canonic. Diacon.

Latina in Gymnas. Laurent. Eloquentia

Professor, litteraria necessitudinis nomine

Amicissimo sibi Follino Med. Doct. ac Prof. p.

admodulabat. ur.

ALT.

Fertu
Hun

Elemen

Et port

Anima

Animo

Lepori

Astutia

Quam

Iunoni

Leonis

Hæc m

Natura

Latet l

Et part

Manifo

Sed ign

Genus

Rerum

Teneb

Follino

H

R

Script

A L I V S.

Fertur Prometheus artifex cum fingeret
Humana membra nobili terræ luto,
Elementa trunco miscuisse corpori,
Et portione singulis membris datâ
Animasse corpus spiritu atque affectibus,
Animoque motus addidisse turbidos:
Leporis timorem tigris dum ferociam,
Astutiamque vulpis, & superbiam
Quam pauo pennis explicat stellantibus
Iunonis ales, vimque non placabilem
Leonis, & rapacitatem vulturum,
Hæc monstra prudens latibulis in pectoris
Natura texit; sæpe sub forma Viri
Latet Lycaon: Attamen vultu emicant
Et parte quavis corporis sese exhibent
Manifesta signa, scire quæ vulgo nefas.
Sed igne raptæ cælitum domo sacrum
Genus Promethei vulgat arcanum Dei:
Rerumque causas diu latere non sinens
Tenebricoso reddidit mundo diem
Follis ille sæculi chiron sui.

Th. Schrevelius.

Hendecasyllabi in Zoilum Ardelionem.

Risorum Ardelio alpha tristiorum,
Mirum si potes hæc sereniore,
Scripta ferre animo: tenes quid ipse

Cantem?

Cantem? an Pallade pinguiore mauiis
Durum in os eadem tibi referri?
At, ne longè abeas, repentè dicam;
Me quid moverit, ista cur opiner.
In tuo macies quiescit ore
Tristis pallidulo, & manere gestit:
Dentes vulnificis pares sagittis,
Præfracto labia evagantur auso:
Frons superciliis senet vietis;
Quorum anfractibus, insepultus orbis
Luminum invidiâ scaturientum,
Echinis truciùs minatur aspris.
Tum linguæ, tribulis acuminatus
Mucro, carnifici tepet ruinâ.
Quid quod? risus ab esse vultuoso
Non potest, nimia severitate
Qui rictum canis adferat minantis?
Hæc si ferre queunt modestiorem
Vultus signa animum: & potes probare
Quem toto tibi discrepare cælo
Nosti, Zoile, candidum libellum.
Sed nolim, Ardelio tibi probari
Purius nive castiusque scriptum:
Nil enim tibi candidum placebit,
Cui mens læva nigro usque & usque vultu
Proditâ, innocuum fitit eruorem.
Quamobrem hoc age, dente, naso, ocellis
Ne frustra mihi Zoilus vocêris,
Ut Follini aliquid putem esse chartas.

*Christianus Adolphus Thuldenus Populo Mar-
tius in Gradib. B. M. V. Canonic. & Prof.
Laurentianus.*

I Nun

Qui

Nocten

Sip

Falleno

Foll

P

EPIGRAMMA.

Inunc finge oculos, frontemque modestus
adorna

Quisquis amas Tacitum voluere fraude
nova

Noctem peccatis & fraudibus obijce nubem

Si potes; ex oculis mens animusque patet,

Fallendi spes nulla super: cor indue rectum

Follinus tacitos hic vetat esse dolos

*Professori ordinario suo observantia causa attri-
buebant non ingrati discipuli Ioannes Sa-
lentinus Vehlen A.A. LL. M. Henricus
Anton. Doms in Gymn. Laur. Phil. Baccala-
laur. Med. Studiosi,*

Lectori

Lectori Candido S.

Cum nihil melius, pulchriusue hominum generi
datum sit Virtute & scientia, quæ sedem, domi-
ciliumque habent in animo, non parum de litteris
mereri eos ceseo, qui quantum possunt, ad eas res adi-
piscendas viam, rationemque commonstrant, præ-
sertim hoc tempore, cum hominis vita sit tam breuis,
ars vero longissima. Anima hominis, ut inquit Peri-
patericorū Princeps, tabellæ cuiusdā rasæ similis
est in qua omnia & pingi & scribi possunt. Nequæ
enim aut virtus, aut scientia nobis à natura insita
sunt, sed semina quædam virtutum ingenijs nostris
innata, quæ si adulescere liceret, ipsa nos ad beatam
vitam natura perduceret. Nunc autem simul, atque
editi in lucem & suscepti sumus in omni continuo pra-
uitate, & in summa opinionum peruersitate versa-
mur, ut pene cum lacte nutricis errorem suxisse vide-
amur. Animus Diuinitatis imago tribus eximijs fa-
cultatibus pollet, mente, voluntate, Memoria, quæ
Sanctissima Trinitatis nobis effigiant vestigiū, Mens
artium ac scientiarum domicilium est, Voluntas
virtutum & vitiorum sedes, memoria earum rerum
omnium quas sensibus percipimus, custos. Sed quia
non eadem in omnibus est cerebri mistura, ac tempe-
peratio, hinc fit, ut alij alijs ingenij dotibus præditi
sint, hic inueniendi subtilitate, ille iudicandi valet:
hic celeriter, ille tarde rem accipit: Hic recte, ille prauè
discernit. Raro autem falici memoria comes est iudi-
cium, quæ tamen pars omnium in rebus negotijsque
hominum præstantissima est, atque in eo posita, ut vi-
deamus, quid personis, locis, temporibus aptum &
conue-

conueni-
stium Q
men dif
posse, præ
peritura
" α ο ι λ ο
unde hi
ignorant
distet. L
ut ait ill
pinis dist
à Magis
ars, null
satis poss
animo ef
Praxi M
nomicos
num Ser
tui, vere
diuersar
Aristot.
morum f
obscurit
ser. Grat
ui, qui h
oblectar
meam m
sus non f
incitasse
narum g
minatiss
Amstelo

conueniens sit. Pulchre dixit vetus Poeta apud Salu-
stium Quemq; suæ fortunæ fabrū esse. Neque ta-
men diffiteor fortuna fauorem plurimum hac in re
posse, presertim hoc tempore quo opes & res caduca,
perituraque æternis animi bonis ab imperitis &
α φιλόσοφοις hominibus longe anteponuntur. Sed
unde hic error? nisi quod mens eorum, tenebris offusa
ignorantia non diiudicet, quantum vera bona à falsis
distēt. Longe aliter catuli, lōge aliter sues olent,
ut ait ille. Non intelligit vulgus hominū, quid a lu-
pinis distent. sapientia & virtus vera bona sunt, quæ
à Magistris sapientia ideo petenda. Verum quia nulla
ars, nulla scientia absque ratione & methodo percipi
satis possit, rerumque perceptarum species facile ex
animo effluant, horis aliquot succisuis, quibus à
Praxi Medica seriatim fui, hosce Aphorismos Physiog-
nomicos memoria tenenda gratia è Belgico in Lati-
num Sermonem transtuli, eosque illustrari quam po-
tui, vere & breuiter, euitans omnem prolixitatem &
diuersarum Opinionum enumerationem, quibus post
Aristot. Ioannes Baptista à Porta Italus, Physiogno-
morum facile Princeps (nisi hisce omnino addictus)
obscuritatem doctrinae & tedium maximum peperis-
set. Gratiam ergo aliquam ab ijs initurum me spera-
ui, qui hac quandoque iucunda disciplina animum
oblectare desiderant, aliàs equidem intra pelliculam
meam mansissem, inque hanc arenam descendere au-
sus non fuisset, nisi me ad editionem huius scriptio-
nis incitassent Viri quidam apud exteros in omni doctri-
narum genere exercitissimi è quorum numero no-
minatissimus fuit Nicolaus Fontanus Medicus olim
Amstelodamensis solertissimus, post Serenissimi Prin-
cipis

cipis Coloniens. Elect. nostri Archiater Excellentissi-
mus, cui Colonia, abhinc aliquot annis existenti, hoc
presens ad visendum opusculum exhibueram, illudq;
non absque singulari mihi facta recommendatione
transferendum praeceperat, cuius magni sane & do-
ctissimi Viri iudicio & voluntati parendum duxi:
Suscipe ergo, Candide Lector, hoc exiguum laboris mei
munusculum, si eo verbo appellare liceat, conatumq;
meum & qui bonique consule, hunc quaso benignis vide
oculis, aspice, & inspice, stylique meae tenuitati ignosce
nam quoad eam attinet, usus sum (id postulante ope-
ris materia) non latinis semper verbis & abstrusis, sed
vocalibus vulgo usitatis, servata illorum significatio-
ne & perspicuitate, quam potui: Hæc sunt quæ prius te
scire & amice admonere decrevi, quibus te multum
saluere, & valere exopto.



CAPUT

PHYSI

PHYSI

dia, in qu

num



discipul

ribus ad

manu du

inchoatu

Physiogn

ter, solid

busdam

vulgo ab

utiliore

phorism

quos om


fore con

studens,

ciplina e

quæ faci

& natur



CAPUT I.

De descriptione Physiognomia,

PHYSIOGNOMIA EST SCIEN-
tia, in qua per signa, quae in corporibus homi-
num sensu percipiuntur, ipsorum mores
sive inclinationes naturales
cognoscuntur.



Vemadmodum optimi in
 docendo Praeceptoris par-
 tes sunt facilem & com-
 pendiosam ut plurimum
 venari methodum, quâ
 discipulos aut Tyrones suos à difficilio-
 ribus ad intellectu faciliora, veluti
 manu ducere possit, pari quoque pacto
 inchoaturus Deo Duce hoc praesens de
 Physiognomia opusculum, idque breui-
 ter, solide & perspicue, posthabitis qui-
 busdam subtilioribus quaestiunculis
 vulgo ab alijs Authoribus agitari solitis,
 utiliores tantum ex ijs depromptos A-
 phorismos in medium producere statui,
 quos omnibus huius artis peritis gratos
 fore confido. Quamobrem facilitati
 studens, in hac describenda arte seu dis-
 ciplina ea progredi methodo decreui,
 quae faciliior existeret, Doctrinae quippe
 & naturae simul ordo postulat, vt ab his

A

quæ

T

c. i. l. i.
Ph. quæ magis cognita sunt, ad ea quæ sunt minus perspicua progrediamur. *Atque* *facilius cognoscuntur uniuersalia teste Philosopho quàm particularia.* Quam ob causam non male auspicatus sum à descriptione quæ in hac disciplina vulgatissima esse solet, sed quia nemini totū licet cognoscere, priusquam eiusdē partes rite perceperit, ita operæ pretium erit hanc à nobis statutam descriptionem sequenti capitulo paulo latius ac clarius enodare.

CAPUT II.

Quid sit scientia, hoc loco declarare superuasaneum esse videtur, equidem istud ex libris logicorum satis superque constare arbitror, sed non inutile fuerit erit ex iisdem fortassis repetere, *Quid sit signum? Signum autem est id quod potentia cognoscitur aliud à se repræsentat.* Ideo rationem signi formalem nunquam recte intelligere valemus, nisi signatum legitime comprehenderit, quæ duo essentialiter velut indissolubili vinculo importat. Signa vero sunt duplicia, alia sunt naturalia, vel primigenia, alia ascititia vel acquisita, velut pallor & macies ex continuo studiorum vsu contracta. De quibus vltimis non est Physiognomi considerare, verum duntaxat de primis. Sed cum ante à nobis statutum sit hanc nostram

nost
 eert
 rum
 pote
 hom
 pens
 tollu
 habe
 nibu
 nis q
 stot. i.
 entij
 Sed
 cessit
 suppe
 hac r
 posit
 homi
 natio
 tudin
 larib
 reant
 diciu
 fugac
 pore
 ant fi
 nam
 natur
 in co
 vero
 hæc

nostram disciplinam esse scientiam, eā certam & evidentem esse oportebit, verum. Dicit aliquis quæ certitudo potest haberi in hac doctrina? Resp. cum homines vt plurimum sequantur propensiones naturales & præsertim illi, qui tollunt à voluntate libertatem, multum habebit certitudinis in pluribus hominibus. Neque etiam in omnibus disciplinis quærenda illa certitudo, quam *Aristot.* 1. c. l. 1. de part. an. animaduertit in scientijs Metaphysicis & Mathematicis. Sed satis nobis esse debet, si alteram necessitatem quam Philosophus vocat ex suppositione, & vt plurimum possit in hac reperiri: Quare supposita illa propositione quæ vera est, nempe omnes homines vt plurimum sequi solere inclinationes suas naturales, multum certitudinis hæc doctrina etiam in particularibus vendicabit, quæ cum vera appareant, tamen si ex cuiuspiam corpore iudicium ferendum sit, signa certa & non fugacia eligenda erunt quæ omni tempore in corpore bene constituto manent firmiter fixa, & non cito pereant, nam signa quæ mutationi sunt obnoxia, naturalia non sunt, proinde non cadunt in cognitionem Physiognomiæ. Quæ vero sunt immutabilia & non fugacia, hæc sunt eiusmodi quæ ad hanc disciplinam

*Vid.
Text.
Arist.*

nam prærequiruntur. Hoc loco iam gra-
uis oboritur controuersia, videlicet, vn-
de certa hæc signorum collectio in eua-
da sit? nam quidam è priscis grauitèr
hanc ob rem inter se inuicem dimica-
runt. Etenim nonnulli naturas hominũ
ex animalium generibus perpendebant
in singulis nimirum generibus vnicam
formam, vnicamque naturam constitu-
entes. Alij vero ex talium animalium
genere perferutabantur, ac demum
quod simile alicui corpus haberet, idem
& similem animam habiturum conti-
nuo existimabant. Porro alij idem cum
his ferebant iudicium, verum non in
omnibus animalibus, sed tantummodo
in humano genere id considerantes. Qui
quidem populos omnes corporis forma,
atque etiam animi moribus differentes,
quales sunt Ægyptij, Thraces, ac Scythæ
à se inuicem separantes, ex signis simili-
ter rationabantur. Nec deerant qui ex
constitutione quæ oboritur in vultu si-
militer iudicarent, cõtemplantes nimi-
rum quam constitutionem referat iratus
homo, quam timidus animoque percul-
sus, quam denique libidinosus aut qui-
uis alius impetu quodam perturbatus.
Verum cum ex hac inter Authores con-
trouersa quæstione summa huius artis
dependeat, nobis illam paululum altius
sub-

subdu-
bit.

QV
C
vna cu
cludit
tam a
longè
quibu
re deb
nulli
at qua
tantu
signa
munt
sunt t
fælice
no mu
prope
go ex
natis
cium
ti & n
pora v
paren
comp
fitas p
secun
tantu

subductâ ratione considerare licebit.

CAPUT III.

Quantum ad nostram igitur prædictæ
 Controuersiæ assertionem attinet,
 vnâ cum Principe Philosophorum con-
 cludimus postremam illam à nobis alla-
 tam antiquorum sententiam à veritate
 longè alienam esse, ideo quod signa, ex
 quibus Physiognomus coniecturam fer-
 re debeat, certo aliquid significare &
 nulli mutationi obnoxia esse debeant,
 at quæ sumuntur ex vultu, indies mu-
 rantur, ergo certa illa non possunt esse
 signa. Nam qui calamitatibus oppri-
 muntur, quiue melancholici sunt, pos-
 sunt transire aliquem diem optatum &
 fælicem, in quam vultus & facies omni-
 no mutata erit, sine vlla permutatione
 propensionis naturalis ad agendum. Er-
 go ex vultus dispositione de moribus in-
 natis non est simpliciter ferendum iudi-
 cium: Quæritur autem num mores in-
 sti & naturales mutantur secundum tem-
 pora varia, sicuti dispositiones quæ ap-
 parent in facie. Primo ad mutationem
 complexionum corporis sequitur diuer-
 sitas propensionum naturalium, atqui
 secundum ætates temperamenta mu-
 tantur, ergo & mores. Minor confirma-

tur medicorum sententijs, qui Adolescentes sanguineos calidos & humidos, Iuvenes calidos siccos, senes siccos & frigidos constituunt. Quæ temperamēta varia, diuersos in ipsis procreant mores. Adolescentes enim sunt hilares, iuvenes iracundi, senes rixosi, queruli. Neque tantum hæc temperamenta immutantur per ætates, sed etiam per tempora anni, vt etiam Medicorum scriptis potest confirmari: Nam in varijs temporibus dominantur varij humores in nostris corporibus, Hyeme pituita, quæ est frigida & humida. Vere sanguis calidus & humidus. Æstate bilis calida, & sicca: Autumno humor melancholicus frigidus siccus. Cum ergo temperamenta mutantur secundum anni tempora, & inclinationes mutabuntur. Quo istis respondeamus argumentis, dicimus inclinationes naturales hominum non mutari, omnino pro diuersitate ætatum, aut temporum anni secundum speciem, sed tantum ratione gradus: Nam ea quæ sunt in corpore, manent eadem toto vitæ decursu secundum speciem, sed variantur secundum gradus. Ad argumentum de complexione respondemus duplicem eandem esse, vnã radicalem & primigeniam, alteram accidentariam siue acquisitam ex Gal. lib. de temperam.

Hæc

Hæc
tem
Qu
stab
at:
nob
obf
ror
ne
Hu
vna
per
acti
im
qua
per
Aer
cor
per
cun
tum
de
Hip
ra,
qua
fun
cul
nio
alt

Hæc mutari potest secundum ætates & tempora anni, illa autem nequaquam. Quam ob rem cum summa artis nostræ à stabili signorum permanentia dependeat: nullatenus autem fugaci, hoc illud à nobis supra allatum discrimen accurate obseruandum erit, ne quis in varios errorum scopulos incidat, & studium omne hac in disciplina incassum impendat. Huc accedit quod omnes periti Medici vnanimi voto & consensu doceant temperamenta ac spiritus corporis omnium actionum facultatumque proximam immediatamque causam existere, quàmquam non negent cælum & aerem temperamentorum quandoq; esse opifices. Aer namque afficit suis qualitatibus corpus humanum, eiusque mutat temperamentum vnde axioma illud medicum. *Qualis aer, tales spiritus & humores, tum etiam temperamentum.* Hipp. lib. de aere, loc. & aq. Eam ob rem Diuinus Hipp. memoriæ prodidit *multo pulchriora, maioraque in Asia gigni, quam Europa,* quæ etiam Regio altera est mansuetior, sunt etiam horum mores benigniores & cultiores. Tantum de prima à nobis opinione dictum sit, velim, nunc ordine ad alteram properemus.

SPICULUM
CAPUT IV.

*Quo secunda Priscorum opinio refel-
litur.*

Qvicunque in contemplatione fera-
rum naturales mores speculati fue-
runt, non recte sane ex signis ratioci-
mati sunt, equidem nullum corpus ani-
malis reperire licebit, quod omni ex
parte simile esse possit corpori hominis,
consequens igitur est inevidens & ob-
scurum ferri iudicium ex similitudine
illa quam habent corpora belluarum
cum corporibus humanis, perquirere
hominum inclinationes. Dein quia so-
liditatem artis nostræ exigimus, oportet
eam certam & evidentem existere, cer-
titude autem scientiæ nequaquam re-
periri potest, vbi eiusdem fundamentū
quo summa rei versatur, incertum dici-
tur. Quam ob rem signa certa ac eviden-
tia esse oportet, quorum ope, aut auxilio
hæc nostra disciplina vtitur, sed id fieri
non potest, per eiusmodi signa quæ cō-
munia sunt brutis animantibus & ratio-
nabilibus, quippe ex omnium Philoso-
phorum consensu rerum communium
nulla est certitudo aut euidencia, vnde
si quispiam ex communibus signis suas
texuerit ratiocinationes, non erit de-
monstratiua argumentatio: Nam de-
mon-

monstr
const
que e
cum c
illud r
canis.
culiar
mune
comm
signis
rest.
tali a
non e
sunt:
Eleph
lia. P
dus, s
tale si
mori
opini
digna
præc
ni acc

DV
P
ne, v
teran
de, d

NATURÆ HUMANÆ. 9

monstratio ex proprijs & necessarijs
constat ex *Arist. lib. 1. de demonstrat.* Ne-
que certè rationi cõsonum est, si ceruo
cum cane aliquod signum est commune,
illud magis significare mores cerui quam
canis: vt enim propria signa aliquod pe-
culiare denotant, ita communia com-
mune, quæ Physiognomo nullo modo
commoda esse possunt. Ex proprijs autè
signis nullo pacto quicquam inferri po-
test. Nam si illud signum sit commune
tali animali cum homine, iam proprium
non est, neque vlla talia inueniri pos-
sunt: nam solus Leo non est fortis, sed &
Elephas & aper, multaque alia anima-
lia. Pari ratione solus lepus non est timi-
dus, sed simia. Quare nullum potest dari
tale signum proprium inter illa animalia
moribus similia. Quantum ad tertiam
opinionem attinet, eam refutatione in-
dignam existimamus, quam ob causam
præcedentia nobis factæ interpretatio-
ni acquiescendum erit.

CAPUT V.

Vnde signorum collectio sit incunda?

DVplicem contemplari possumus cõ-
parationem animalium cum homi-
ne, vnã vnus animalis, singularis, al-
teram multorum. In prima comparatio-
ne, neque ex signis proprijs, neque ex

A S COM-

communibus licet argumentari in simi-
 litudine morum animalium cum homi-
 nibus. In secunda licet per quandam a-
 nalogiam & proportionis similitudinē,
 Explicat autem Philosophus modum,
 quo possit illa similitudo fieri: nempe ad-
 uertantur animalia omnia, quæ commu-
 nem habent aliquam propensionem, de-
 inde signa illius propensionis, in quibus
 si aliquis homo reperiatur similis illis
 animalibus moribus, etiam consimilis
 iudicandus quadam proportione. Illa au-
 tem animalia bruta inter se magis simi-
 lia sunt moribus quam cum brutis ho-
 mo. Quod animalia instinctu naturali
 ferantur, potius quam apprehensione &
 imaginatione. Homo vero libere fertur
 in obiectum propositum. At quo pacto
 illa signa multis animalibus communia,
 propria dici possunt. Respondetur com-
 parata cum diuersis illis animalibus uni-
 cam rem significant & solam. Quæ ita
 debent aptari rei significatæ, vt fortitu-
 dini, vt nullam aliam significare possint,
 vt dolor punctorius lateris, difficultas
 respirationis, tussis & febris continua:
 licet pleuritidis sint tantum inseparabi-
 lia siue communia, iuncta tamen simul
 proprie significant pleuritidem. Eodem
 plane pacto Aristot. c. 5 lib. Physiogn. tradit
 signa animalis robusti & fortis pilorum
 asperi-

aspe
 ossi
 ris n
 veni
 etia
 rata
 carn
 carn
 quib
 mal
 port
 null
 Nam
 dubi
 aut a

Vtru

H
 mati
 dum
 est in
 tio, q
 riam
 nam
 præf
 ping
 amb
 empl

asperitatem, corporis erectam figuram, ossa, costas, sicut etiam extrema corporis membra robusta simul & magna, ventrem latum atque breuem, scapulas etiam latas, & multum à seiunctis separatas, ceruicem robustam nec multum carnosam, pectus latum, & corpulentum carneum, bene compactas coxas &c. Ex quibus simul iunctis forte aliquod animal pronunciant Physiognomi: sed oportet illa signa ita esse fortitudinis, ut nullam aliam propensionem significant. Nam si aliam denotarent, esset animus in dubio num essent illa signa fortitudinis aut alterius propensionis.

CAPUT VI.

Vtrum ex signis naturalibus certum liceat ferre iudicium.

Hic Quæstioni vna cum Principe Philosophorum Aristotele affirmatiue respondemus, & hunc in modum veram esse demonstramus. Corpus est instrumentum animæ, & eius operatio, quæ ab eadem perficitur, iuxta variam corporis dispositionem accidit, nam posito casu, quod duo darentur præstantissimi Pictores, ac in eadem pingendi facultate nulli secundi, qui ambo æmulationis studio impulsæ, exemplar artis suæ demonstrarent, certum

esse cum palmam reportaturum, cuius penicilli, colores, aliaque instrumenta eiusdem generis præclariora existerent. Idem ferè animæ contingit quanquam quoad eius essentiam attinet, in paridignitatis gradu consistat, quippe eadem est specie & forma, nihilominus illud discrimen (quod inter mortales quotidiana eorum frequentatione oculis percipimus) ex varia duntaxat corporis dispositione originem trahit. Quam ob causam, rogo, ebrius rationis compos non est? est ne potu aliquo cerevisiæ aut generosioris cuiusdam haustus anima eius læsa? aut morbo aliquo affecta? Nequaquam, corpus quippe est affectû vini calore excedente quo anima non afficitur cum sit immaterialis, & tamen temulenti tam varios induunt mores, quam diuersum est eorum temperamentum, & dispositio corporis, vt explicat *Aristot. section. 5. Probl.* Pariter omnes Medici ebrietati remedia adhibere volentes, non illa animæ, verum salutis corporis applicare solent. Item indies multos videre est delirantes, quosdam ex nimio studiorum vsu, quosdam ex indefatigabili curarum agitatione, quosdam denique ex lethali rabidorum canum morfu. At in his omnibus anima læsa non est, quanquam facultas ra-

toci-

riocin
strum
deatur
à corp
anima
ambo
tur. A
dam
mus,
infun
vitri
tet ac
talis
posit
plo a
perit
alijs
tion
lem
bens
ret v
instr
con
con
nam
que
pus
lup
affi
ten
pul

rōcinatrix (quæ præcipuum animæ in-
 strumentum est) ab officio cessare vi-
 deatur, nihilominus omnis hæc noxa est
 à corpore, cuius dispositionem & crasin
 anima velut indissolubili vinculo (quo
 ambo arctissime copulata sunt) imita-
 tur. Ad hoc autē multo clarius intelligē-
 dum animam aquæ comparandam duci-
 mus, quæ ita vitio velut animæ corpus
 infunditur, si nunc aqua ob impuritatem
 vitri contaminetur, splendorem amit-
 tet ac à prima operatione cessabit, quæ
 talis futura erit, prout vitrum fuerit dis-
 positum, quo aqua infusa est. Pari exem-
 plo animæ nostræ euenit. Qua de causa
 periti medici in prædictis morbis nullis
 alijs vtuntur remedijs, nisi sola expurga-
 tione corporis. Inde sequitur Aristote-
 lem recte sensisse *lib. de anima c. 4.* scri-
 bens, *si senex haberet oculum iuuenis, vide-
 ret ut iuuenis, oculus namque in videndo*
instrumentum est animæ. Similiter è
 conuerso ipsius animæ affectionibus
 consortij lege compati corpus videtur,
 nam cuiuslibet satis notum perspectum-
 que esse arbitror, quam manifeste cor-
 pus immutetur ex amore, tristitia & vo-
 luptate, cum tamen in illis primo anima
 afficitur. In amore quidem corpus ex-
 tenuatur, licet amor cum sit desiderium
 pulchritudinis fruendæ, ad animam so-

lam pertineat, & non ad corpus. Ratio
 autem huius effectus in corpore nati &
 passione animi est huiusmodi *secundum*
Auicennam 6. lib. naturalium nimirum ex
 vehementi contentione vnius faculta-
 tis in sua operatione, fit vt aliæ faculta-
 tes remittantur in suis operationibus, vt
 ex magna contentione facultatum ani-
 malium in meditando & imaginando
 remittuntur seu diminuuntur operatio-
 nes facultatum naturalium, non ratione
 animæ, sed causa instrumenti commu-
 nis. Nam facultates animæ non possunt
 exequi sua munia, nisi beneficio caloris
 innati & spirituum inferuentium illis
 facultatibus. Quare dum intense facul-
 tas animalis, vt imaginatiua versatur cir-
 ca obiectum gratum & amabile, non po-
 test anima perfecte nutrire corpus, est
 namque calor naturalis finitus, certa
 quantitate & potestate agendi, pluribus
 ergo seruiens non potest æque famula-
 ri, quando scilicet rapitur ab anima ad
 operationem aliquam vehementem, &
 intēsam Hoc perspicue cernitur in som-
 no, in quo quiescentibus animalibus
 facultatibus perfectius excernentur na-
 turales. In timore idē accidit, retrahitur
 namque calor innatus ad partes interio-
 res, quo suppetias ferat animæ timenti,
 propter opinionem mali futuri. Ex quo
 sequi-

sequitur
 destituta
 cunt &
 dispar
 dicitur sp
 gratæ e
 lo vitæ,
 phocli.
 experie
 bit ani
 ris, &
 pensio
 multor
 vanam
 re non
 ratione
 Planeta
 libet c
 stram r
 rantem
 tione f
 scindit
 tis futu
 gitans.
 strarit
 animi
 perim
 it, app
 quia q
 lia cui
 ex for

sequitur, vt partes quædam corporis destituantur calore innato, vnde friges-
cunt & contremiscunt. In tristitia non
dispar est ratio. In gaudio vero expan-
ditur spiritus, quasi velit occurrere rei
gratæ ex quo dissipatur non sine pericu-
lo vitæ, vt contigit Lacædemonio & So-
phocli. Ex his igitur omnibus tanquam
experientia compertis concludere lice-
bit animam sequi dispositiones corpo-
ris, & ex his nos posse dignoscere pro-
pensiones hominum naturales, contra
multorum sciolorum sententiam, qui
vanam & friuolam hanc artem appella-
re non verentur, ea potissimum impulsi
ratione, quod vulgo in plateis pars libri
Planetarum falso traducatur. Verum cui-
libet considerandum venit artem no-
stram nullum habere osorem, nisi igno-
rantem, quæ sine recta à multis cogni-
tione falso impetitur & conuitijs pro-
scinditur. Nemo certe tam insanæ men-
tis futurus erit, qui de equo emendo co-
gitans, non prius eiusdem formam lu-
strarit, an videlicet generosi vel abiecti
animi argumenta de se præbeat. Hoc ex-
perimento ipse Aristoteles inductus fu-
it, approbare artem Physiognomicam,
quia quicumque plurimum inter anima-
lia cuiuspiam generis versati sunt, sciunt
ex forma dignoscere bona & mala, velut
equi-

equites, equos, venatores canes, neque in hac dignatione falluntur, sed semper aut magna ex parte euenit, vt illi iudicant. Quam ob rem consulo vnumquemque hoc præsens libelluli caput, inter legendum paululum altius considerare, vt exinde certitudinem ac euidenciam artis nostræ percipere queat, quæ vt plurimum ex certis quibusdam signis seu notis progreditur.

CAPUT VII.

Quid sint signa, & ex quibus locis deducantur?

PRæcipui fontes, & veluti loca, ex quibus signa morum & propensionum colliguntur, sunt nimirum motus, figura, color, accidentia faciei in quantitate & qualitate, leuitas, vox & alia eiusmodi, quæ sensibus sunt perspecta & cognita. Præter hæc alia est conditio signorum sumpta ex diuersitate partium corporis, secundum situm illarum: quæ enim capiuntur ex locis eminentissimis corporis, ea firmiora sunt, distingui autem debet totius corporis fabrica in quatuor regiones, nempe à summo capite vsque ad pectus, in qua primus locus debetur oculis, secundus fronti, tertius reliquis faciei partibus. In secundo loco collocantur partes pectorales à ca-
pice

pite in
Terti
dibus.
quo qu
coniec
autem
prout
ra loca
inuest
cet ex
colligo
cæ Syll
quis in
parcus
veretu
posteri
ex vna
si quis
Melanc
affici, i
re nece
quia pe
ti labor
ginant
illum d
quo m
ta ex A
sistit in
adueni
riarum
contra

pite infimo vsque ad imum ventrem.
 Tertius locus assignatur cruribus & pe-
 dibus. Quartus autem ventri imo. Ex
 quo quidem vsus aliquis dimanat ad
 coniecturam Physiognomicam, ex alijs
 autem locis signa ducuntur firmiora,
 prout sunt superiores partes, aut inferio-
 ra loca. Est etiam adhuc alius modus
 inuestigandi naturas hominum videli-
 cet ex vna propensione in homine aliam
 colligendi, eamque beneficio Dialecti-
 cæ Syllogismo factò deducendo, velut si
 quis inuerecundus sit, fur habeatur, &
 parcus illiberalis. Omnis enim fur non
 veretur, quæ aliena sunt, rapere. In hoc
 posteriori modo fit collectio necessaria
 ex vna animi propensione ad aliam. Vt *l. 6 Aph.*
si quis ponat ex Hippoc. in Aphorism. 25.
Melancholicum aliquem metu & mæstitia
affici, ita connectet ratiocinationem fe-
re necessariam. Melancholici metuunt,
quia penuria spirituum, & caloris inna-
ti laborant, quippe frigidi & sicci, ima-
ginantur mala futura, sentiunt namque
illum defectum caloris & spirituum, in
quo mali & mortis causa est, vt enim Vi-
ta ex Arist. de longitudo & breuitate vite con-
sistit in humido naturali & calido: ita mors
aduenit per frigidum & siccum, contra-
riarum namque causarum effectus sunt
contrarij. Mæstia etiam fiunt ex præsen-
 tia

tia illius defectus, omnis enim defectus præsentis mali mæstitiam parit. Desiderant videre obscura, propter similitudinem loci obscuri cum spiritibus obscuris, unde accidit, ut lucida odio prosequantur. Prudentes habentur quod iracundi non sint, & voluptatibus dediti; Cum etiam sint deliberando tardi, optimi cõsiliij existimantur. Et quia frigidi & sicci, casti, morosi, cælibes, parci, avari, omnia namque sibi defutura existimant, propter defectum caloris, quem sentiunt laboribus addicti, voluptates namque aspernantur, constantes, & in opere perseverantes, propter excessum siccitatis. Bibaces sunt, ut cunque propter siccitatem abundantem. Sin autem succus melancholicus fuerit conuersus in atram bilem, sunt ferinis moribus præditi, quia cum eorum auaritia satiarî non possit, male habent ex bonis alienis seditiosi, malitiosi, hominum osiores, maniaci. Atque hæc omnia fere colliguntur ex vna proposita propensione.

CAPUT VIII.

De causis distinctionis sexus virilis & famine?

Quoniam à nobis dictum fuit, hanc nostram disciplinam, quam tractandam suscepimus, in dignoscendis hominum

NUM

nuni in
ti, vtri
per P
mus.

Mu

HA
f
ob rem
Hippo
gistrum
femin
in Aur
quit:

Mulier
bis sex
luit,
circum
abund
vel qu
nusqu
loris
diman
vnde
Medi
pocra
parte,
hinc
quod

num inclinationibus potissimum versa-
ri, utriusque sexus propensiones insitas
per Propositiones ordine declarabi-
mus.

PROPOSITIO I.

Mulier impotentior est Viro.

SCHOLIA.

HÆc propositio a Philosopho non Arist.
fatis clare demonstratur, quam lib. de
obrem hac in re Diuinum nostrum Physiogn
Hippocratem tanquam optimum ma-
gistrum imitabimur, qui ad docendum
feminam minus robustam esse viro, ita
in Aureo illo Aphorismorū opusculo in-
quit: γυνή ἀμφοτέρως ἔγιγνεται id est, 1.7. Aph
Mulier nō fit ambidextra, quibus certe ver 43.
bis sexus imbecillitatem significare vo-
luit, eo quod non ita spiritu ac calore
circumfluat, ut utrumque latus æque his
abundet, ut Heurnio in commentarijs placet
vel quod non adeo caleat prout vir, mi-
nusque ideo fortis sit, ob defectum ca-
loris innati ac spiritus quibus fortitudo
dimanat. Quod si quispiam interroget
unde hic defectus oboriatur, hunc ad
Medicorum scholam ablegamus. Hip- Lib. 5.
pocrates inquit, fetus mares dextera uteri Aph.
parte, femineos vero sinistra magis gestari, 48.
hinc viri magis calent, quam feminae, eo
quod in dextra parte qua hepar (quod
fons

fons & officina sanguinis est) gestentur. Hoc idem confirmare nitens præfatus Hippocrates secundo Epidemiorum inquit. Circa naturam magnam habet vim oculus dexter, quasi dicat. Dexter a validior est homo, quam sinistra. hinc quoque affectiones contra naturam potius eueniunt sinistra parte quam dextra. Si tamen in dextram inciderint, longe sunt periculosiores, quam si in sinistram. Dein sanguis velut materia seminis, ad genitalia fertur, quibus in sinistra parte propter urinam aquosus redditur, à quo defectu pars dextra illæsa intactaque manet, ita ut in eadem fortitudo, in altera vero impotentia resideat. Hæc est ratio & causa, quam obrem teste Hippocrate, *Mulier gravida, si marem gerat, bene colorata sit, si feminam decolor.* Ex his omnibus primæ propositionis nostræ veritas satis superque patet, quæ ita intelligenda venit, quod ut plurimum mas viro fortior sit, non tamen semper, nisi cætera sint paria, ut victus ratio & ætas, quæ temperamentum quandoque naturale immutant. Hinc inquit Hippocrates *mares non semper dextra verum ut plurimum eadem gestari, significari verò semellas* quandoque ibidem posse residere. Et quia hæc communis regula est, docet discipulos

in

in grau
nem,
s alter
abortum
magrac
faminan
præteri
dicinæ
loci Ph
anus.

HV
collegi
facta co
mollior
nit. Se
solidior
mus, n
aquoso
tomia
comper
se viro,
dum an
humidi
est & m
mam,
nusque

in grauidis mammaram habere rationem, inquiens, *Mulieri geminos ferenti si altera mamma extenuetur, alterum abortum edit, & si quidem dextra mamma gracilis fiat, marem: si vero sinistra feminam.* Causam huiusce rei contulco præteribimus, ne nimis alte adyta Medicinæ ingrediamur, cum tantum hic loci Physiognomiam docere instituerimus.

PROPOSITIO II.

Mulier est debilior Viro.

HVnc Aphorismam Philosophus *Arist.*
 quadam ratiocinatione tantum *lib. de*
 collegit ex educatione animalium, quâ *Physiog*
 facta comparatione virorum, feminas
 molliores esse maribus semper adinuenit. Sed nos ex prædictis meliorem ac solidiorem hac de re rationem daturi sumus, nimirum talem, quod ex semine aquoso procreetur, prout id ipsum Anatomia demonstratur. Dein cuiuslibet compertum est feminam molliorem esse viro, & secundum corpus, & secundum animum: Ratione corporis, quia humidior, quod autem magis humidum est & magis molle, secundum vero animam, propterea quod sit frigidior minusque habeat caloris innati & spirituum.
 PRO.

PROPOSITIO III.

Mulier est timidior Viro.

*Arist.
lib. de
Physiog.*

Ratio huius reddi potest, quod omnia animalia natura frigida, etiam sint timida, id ipsum natura eum in finem optime condidit, ut mulier eo diligentius & cautius, maioreque animi curam domum custodiat, quæ absque timore fieri non poterant. Dein Aristoteles hanc propositionem probat ex masculorum naturali implacabilitate, difficilimum enim est, si masculi irascantur, eos mitigare, fæminæ autem facilius mitescunt. Nemini id ipsum mirum videri debet, in dies quippe observamus facilius aliquid imprimi in molli tenuique substantia quam dura, quæ magis terrea est & fæculenta quam aquosa.

PROPOSITIO IV.

Mulier Viro facinorosior & petulantior est.

*Arist.
lib. de
Physiog.*

Quantum ad probationem huius præfatæ propositionis attinet, multa rationum momenta in medium afferre potuissem, nisi sexum fæmineum mihi

M
mihi o
potius
exopto
malo h
phus ta
perient
mi anir
rum,
hæc no
quod s
sum.
forfan p
Ratio n
appetit
cilius v
nes an
facinor
tulantia
no coh
ris & v
quæ m
que de
quod
instru
que al
quem
exequi
flagiti
Plur

mihi offensum fore arbitrarer, cuius potius amicitiam & benevolentiam exopto, quam offensam, altum ergo malo hac de re silentium. Philosophus tamen hoc theorema probat experientia, ex his quæ educantur domi animalibus, & ex relatione Pastorum, tum etiam Venatorum. Sed hæc non satis sunt ad probandum id quod scripsit de fæminis in vniuersum. Neque in particulari. Eorum forsitan poterit hæc esse demonstratio. Ratio non æque dominatur mulierum appetitui atque hominum, quare facilius vincuntur & feruntur ad passiones animi quam masculi, sunt ergo facinorum magis excogitatrices & petulantiores, quod minus rationis freno cohibeantur, defectu tamen roboris & virium minus exequuntur ea, quæ meditantur mala: Consciæ itaque debilitatis dissimulant venenum, quod animo continent, & insidias instruunt dum plorant, lachrymasque aliquando fundunt præ mærore, quem concipiunt, ex eo quod exequi non possint crudeliter, quæ flagitiosè decreuerunt.

Plura non dicam, ni crabrones in me

XXXI-

irritari velim, mulierumque omni favore destitui, quarum naturam aut crassam Aristotel. sequentibus rationibus nobis aperuit.

PROPOSITIO V.

Text. Fæmina masculo minus caput fortitur, faciem angustiore, magis tenuem cervicem, pectus imbecillius, minus firma latera, coxas ac femora corpulentiora, denique corporis formam elegantiore.

Arist.
Lib. de
Physiogn.

SCHOLIA.

Fæmina masculo minus caput fortitur teste Arist. cap. 7. lib. 2. de partibus animalium, quo scribit hominẽ inter omnia animalia plurimum cerebri habere, proportionem sui corporis, & inter homines mares plus quam fæminas, plus autem cerebri maius requirit caput, ergo viri habent caput maius quam mulieres. Hoc autem contingit, propterea quod ad operationes, quas exercet fortiores indiget maiori copia spirituum. Oportet præterea nervos eadem ratione maiores esse in viris quam in mulieribus. Cæterum decet fæminam comparare cum certo homine, vel si id intelligatur

gatur i
quem
natural
Quare
necessa
Cervix
Melius
gustius
tas sita
ne: Mul
men me
magis o
angusti
caloris
conform
arte par
ra debent
mina cu
minus h
bit angu
tera, cu
nisi rob
plum, in
bile. C
carnosif
vt pluri
tem nat
cum rel
mentum
conspic
tantum

gatur

gatur in vniuersum, verissimum est aliquem hominem habere maius caput naturaliter quam aliquam mulierem. Quare paruum caput fæmineum, quod necessario consequitur facies angusta. Ceruix respondet proportionem capiti. Melius est autem interpretari pectus angustius, quam imbecillius: quod debilitas sita sit in facili iniuriarum receptione: Mulier autem licet viro debilior, tamen morbis pectoris non est necessario magis obnoxia. Quare satius est dicere angustius pectus, non tantum propter caloris debilitatem sed etiam ratione conformationis. Nam vt ex Galeno in arte parua colligi potest, *membra inferiora debent sequi magnitudinem capitis*, fæmina cum sit frigidior masculo, & caput minus habeat, necessario pectus obtinebit angustius, proindeque infirmiora latera, cum latera fortia non possint esse, nisi robustum extiterit pectus & amplum, in fæminis autem est arctum & debile. Coxas vero habent crassiores & carnosiores, quod mulieres sedentariam vt plurimum degant vitam, sedendo autem nates & crura, faciunt angulum cum reliquo corpore, in quo sistitur alimentum ponderosum, quod non tantum conspicitur in mulieribus, quod non tantum conspicitur in mulieribus otiose

B

viuen-

viuentibus. An vero quod fætui ponde-
 roso illæ partes carnosiores sint aptiores?
 Aut forsan natura hoc pondus dedit mu-
 lieri quod domi maneret bonorum cu-
 stos. Gratiior & venustior mulieris for-
 ma efficitur, propter sanguinem frigi-
 diorem, quo gratus ille color concilia-
 tur faciei, & corporis mollior habitus,
 propter humiditatem abundātem, prop-
 ter finem etiam idem effectum est, vt
 scilicet grata viro ad prolem generan-
 dam eum alliceret. Et quia molliores
 sunt carnes ob copiam sanguinis, & re-
 missiorem calorem enerues magis sunt
 mulieres quam viri, & languidæ: minor
 namque in illis, vt caloris ita & spiritu-
 um adest copia. In viro omnia cernun-
 tur contraria. Sub finem contextus scri-
 bit Aristoteles *mul. erem esse timidiorem &
 iniustiores viro*, timidior quidem prop-
 ter frigiditatem, frigidamque timidi
 fuere iudicati. Iniustior autem forsan
 male dicitur, quod timida nullam alijs
 inferat iniuriam, vnde iusta censerī po-
 test mulier. Huic argumento possumus
 satisfacere iustitiæ distinctione. Est e-
 nim species & vmbra iustitiæ illa, quæ
 timore nemini infert iniuriam, qualis
 est mulierum. Vera autem iustitia est
 perpetua voluntas ius suum cuique tri-
 buendi, ad id non incitante timore sed

vir-

irtute. Hac maxime lucet in Viris, illa
ero in mulieribus.

CAPUT IX.

Quo idem a Viri, exemplo Leonis ostenditur.

INter omnia animalia, Leo ex ipsa mas-
culi idea felicissimam sibi sortem ac-
cepit, vastum siquidem habet os, faci-
em vero magis quadratam, osseam ta-
men nō minus. Porro superiorem max-
illam, non ad interiora protensam, sed
ex æquo inferiori correspondentem. Ha-
bet nasum magis crassum, quam tenu-
em, formidabiles oculos, atque conca-
uos, nec impense rotundos, nec oblon-
gos plusquam rationi conueniat. Cæte-
rum commoderata præditus magnitudi-
ne, supercilia magna, frontem quadra-
tam, circaque mediam regionem, veluti
in nebulam quandam degenerat. Si qui-
dem desuper ad ipsas nares pilos habet
decliues. Habet præterea Leo cap. mag-
nitudine commoderatum, ceruicem ob-
longam, sed crassitie mediocrem, pilis-
que flauis decoratam, nec horridis, nec
reuulsis. Quæ ad clauicularum spectant
regionem, agilia potius quam impedita
fortitur, vegetos humeros, validum pe-
ctus, thoracem vastum, validis costis, ac
tergora circumuallatum. Est animal ma-

*Text.
Arist.*

cilentum Leo, si coxas femoraque respicias. Crura habet robusta, atq; nervosa, firmissimam habet basim, & vniuersum corpus ad amullim nervosum ac articulatum, nec durum nec humidum cum exuberantia. Incedit quidem tarde, sed magna occupat interualla, ac dum ingreditur, humeros ipsos commouet. Quantum igitur ad corpus attinet, talis quidem est Leo. Quantum vero ad animam refert, animal est disciplinae capax, liberale, animosum, rixosum, mitte, iustum ac beneuolum illis quibus cum traxit consuetudinem. Hæc Aristoteles satis fuse in textu.

CAPUT X.

Quo textus Aristotelis explicatur.

IN vnoquoque genere (inquit Aristot.) reperitur aliquid quod reliquorum est mensura. Ita in genere substantiarum prima Deus est, inter Angelos Michael, inter Dæmones Lucifer, inter homines Christus saluator noster, & in genere animalium, ratione perfectionis animæ est homo, ratione sexus masculi & roboris corporis Leo, ratione sexus fæminei, Pardalis. Sequutus ergo Hippocratis morem docendi, vno singulari exemplo docet Aristot. signa animalis masculi, in vniuersum referendo in hominem, cuius

cuius
Om
nis fi
nati
ris &
bus a
quan
tuim
debi
plum
prop
rum
tele
nima
rum
tradi
que
minu
nima
tio, s
bime
crure
odor
alter
duo
solid
iecti
fugie
Vita
quod
antu

cuius signa Physiognomica inquit. Omnia enim illa signa quæ refert, Leonis significant abundantiam caloris innati & spirituum quæ sunt causæ roboris & præstantiæ in animalibus, de quibus ante à nobis sigillatim dictum fuit quando marem fæmina calidiorem statuimus. Neque hic inconsultum esse videbitur, de leone qui tanquam exemplum generositatis & virilitatis nobis proponitur, subiungere verba Plinij rerum naturalium peritiss. (quæ ex Aristotele cuius præclara 50. volumina de animalibus magno cum luctu eruditorum periere, mutuatus est.) Is quoque tradit Leænam primo fætu parere quinque catulos, ac per annos singulos vno minus, ab vno sterile scere. Informes, minimasque carnes mustelarum esse initio, semestres vix ingredi posse nec nisi bimestres moueri. Raros in potu, urinam crure sublato reddere vt canes. Grauem odorem, nec nimis halitum. Vesci cibis alternis diebus. A saturitate interim triduo carere. Quæ possint in mandendo solida deuorare nec capiente aluo coniectis in fauces vnguibus extrahere, vt si fugiendum sit, non in satietatem abeat. Vitam ijs longam docet, argumento quod plerique dentibus defecti reperiuntur clementiâ in supplices, prostratis

parcit, & vbi sæuit, in viros prius quam
 in fæminas, perimit infantes non nisi
 magna fame, Leonū animi index cauda,
 sicut & equorum aures. Namque has
 notas generosissimo cuique natura tri-
 buit. immota ergo placido, clemens,
 blandientique similis, quod rarum est.
 Crebrior enim iracundia eius. In prin-
 cipio terra verberatur incremento ter-
 ga ceu quodam incitamento flagellan-
 tur. Vis summa in pectore. Ex omni vul-
 nere siue vngue impresso siue dente ater
 profluit sanguis. Idem satiati innoxij
 sunt. Generositas maxime in periculis
 deprehenditur, non illo tantummodo,
 quod spernenstela, diu se terrore solo
 tuetur aut velle cogi testatur. Cogitur-
 que non tanquam periculo coactus, sed
 tanquam amentia iratus, Illa nobilior a-
 nimi significatio quamlibet magna ca-
 num & venantium vrgente vi, contemp-
 tim, resistensque cedit in campis, & vbi
 videri potest. Dein vbi virgulta, silua-
 que penetrauerit, acerrimo cursu fertur,
 velut deputans absconsione turpitudi-
 nem. Dum sequitur, in silis saltu quo in
 fuga non vtitur. Vulneratus obseruatio-
 ne mira percussorem nouit, & in quan-
 talibet multitudine appetit. Eum vero,
 qui tela quidem miserit, sed tamen non
 vulnerauerit correptum, raptatumque
 sternit

ster
 cet,

Q

P

qui

in

quo

Hab

num

uos

circ

gis,

ten

pro

pule

ilior

Paro

um,

tum

ver

dem

lent

Q

Q

sternit nec vulnerat. *Consule latius si placet, Plinium lib. 8. naturalis hist. c. 16.*

CAPUT XI.

Quo Idea sexus faminei exemplo Pardalis exhibetur.

Porro Pardalis inter animalia fortia maxime effæminatum est. Quando- Text.
Arist. quidem crurum ratione alijs omnibus in functionibus est inferior. Nam quod obsecro robustum opus absoluit. Habet enim faciem exiguam, et magnum, oculos paruos albicantes, concavos & tornatiles. Magis oblongam, nee circa aurium regionem sphericam magis, quam latam, admodum prolixam ac tenuem cervicem, languidum pectus, prolixum dorsum, coxas ac femora corpulenta. Etenim quæ in regione ventris iliorumque sunt, magis plena sortitur Pardalis. Colorem etiam obtinet varium, inæqualem omnino ac immoderatum. Corporis igitur forma talis est, si vero animæ constitutionem, requiras, demissum animal est, fugax & fraudulentum.

CAPUT XII.

Quo precedens textus Arist. enodatur.

Quam ob causam Philosophus hæc omnia de Panthera recenscat, id ex

capite decimo satis superque constare arbitror, quo constitutionem corporis muliebris, facta comparatione virorum frigidiorum esse statuimus, causa autem proxima est debilitas caloris innati qui minor est in fæminis quam viris. De Pantheris autem æque memorandum tradit *Plin. lib. cit. c. 7.* quam de Leonibus. Fertur Pantheras non tantum colore verum etiam odore mire sollicitari quadrupes cunctas, sed capitis toruitate terreri, quam ob rem occultato eo reliquas dulcedine inuitatas corripunt: Masculus & femella candore tantum discernuntur, hæc fera à venatoribus carne veneno illita quo suffocari possit, verum capitur ab angore Pardalanches dictum ederit, humana excrementa querit, quibus iuuatur vnde Galenus edoctus, hoc medicamentum anginae prodesse testatus est. Eorum enim excrementorum alias tam auida est, vt à pastoribus ex industria in aliquo vase suspensa altius quam falu contingere queat, iaculando ea crebriusque petendo defigi & postremo expirare narratur.

(..)

C A-

*lib. de
simpl.
med.*

De

Po

A
no s
sit in
tus
mer
est,
hæ
in c
natu
fens
tis,
nib
Qu
Ari

CAPVT XIII.

*De quantitate & habitu Corporis, formæ
& figuræ partium illius.*

PROPOSITIO VI.

Parui corpore, ingeniosi.

Porta vertit præcipites, huius ratio- *Text*
nem reddit ipsemet Aristoteles: *Arist.*
Etenim sanguinis interna latio-
ne, exiguum occupante locum,
subito motiones perueniunt eo
vbi gignitur cogitatio.

SCHOLIA.

Alexander Aphrodiseus scribit cor-
pore breues plerumque esse ijs qui mag-
no sunt, prudentiores, cum inquit. coarctata
sit in toto corpore anima, innati enim spiri-
tus vis ipsa collectior, parua compaginis
membra aptissime regit, & quod mentis
est, ad excogitandum velocius illustrat:
hæ rationes supponunt animam residere
in corde *ex Arist. doctrina*; si namque po-
natur illius sedes in cerebro, motiones
sensuum in paruis magno capite prædi-
tis, fient tardius, quam in magnis homi-
nibus, caput paruum possidentibus.
Quæ autem dicuntur de sanguine ab
Aristotele, intelligenda sunt de spiriti-
bus.

bus: spiritus namque deferunt imagines,
& species rerum ad intellectum, cum e-
nim spiritus sunt corpora, motu locali
feruntur. Quo ergo brevius est spatium,
eo celerius & citius producuntur, eo
quo tendunt, quo longius, tardius.

PROPOSITIO VII.

*Text.
Arist.*

*Rursus qui corporis magnitudine sunt pro-
cerosa, maxime ingenio tardi sunt.*

Quandoquidem fieri non potest,
vt ipsa latione sanguinis vastam
occupante regionem non tarde
perueniant motiones ad locum
illum mentis & æstimationis.

SCHOLIA.

Facilis est explicatio huius propo-
sitionis per superioris contrariam ra-
tionem. At obijciat fortassis quispiam
S. Albert. Magnum S. Ord. Præd. tum
quâ virtutum, qua & scientiarum omni
laude cumulatifissimum ac sui sæculi
Philosoph. subtilissimum extitisse, qui
tamen cognomento ac re ipsa magnus,
ingenio cæteris præstitit, vnde theorema
nostrum corruere videtur, verum huic
respondemus cum supernaturali potius
modo quam naturali aliqua via sapien-
tiam a Deo impetrasse. Dein vna hiron-
do non

do n
aliqu
lam.

Qu
d
in

C
con
mot
ita v
lect
com
aute
corp
enin
enin
arct
gina

Qu
C
L

do non facit ver, prout etiam exemplum aliquod singulare non constituit regulam.

PROPOSITIO VIII.

Qui parua sunt corporis magnitudine, ac siccam sortiuntur carnem ingenio tardi sunt.

Text.
Arist.

SCHOLIA.

Confusio imaginationis ex veloci spirituum deferentium spectra concitatione nascitur: in eo enim veloci motu representantur spectra confuse: ita ut specierum cumulo obruatur intellectus, aut præ velocitate non possit ea comprehendere nisi imperfecte: hæc autem contingit in illis, qui paruo sunt corpore & carne sicca ob ardorem. Caro enim illa sicca ardoris est effectus: ex ea enim contingit, ut spiritus per strictos & arctos meatus celeriter ferantur ad imaginationem.

PROPOSITIO IX.

Quicumque ex procerosis humidas carnes sortiuntur, si ob magnam generentur frigiditatem, inutiles prorsus sunt ad actiones.

Text.
Arist.

DVO namque sunt obstacula. Vastitas & perfrigeratio, vbi enim humiditatis est. prædominium, ibidem simul est frigoris, omnis quippe segnities ab immoderato frigore originem trahit, prout id in senibus videre est, quam obrem spiritus animales (qui ad intellectiōnem requiruntur) ob magnitudinem corporis & prædominantis frigoris ad regionem cerebri quod sedes & arx ingenij nostri est, peruenire non possunt.

PROPOSITIO X.

Text. Quicumque ex paruis humidam carnem sortiuntur, quamuis ob frigiditatem corporis ipsis accedat, valde operosi sunt.

Arist.

SCHOLIA.

FRigore namque adimitur velocitas motus spirituum excedens, ita vt moderata reddatur efficiaturque apta ad actiones obeundas.

PROPOSITIO XI.

Text. Qui vero ex magnis, squalida carne sunt præditi, à calore producta operosi homines sensuumque acumine valent.

Arist.

SCHO-

IN
se
nem
dera
ris d
cato
fa n
lem
res,
titu

Len
a

F
liū
mi
mid
ruu
max
At I
me
mis
ne,

SCHOLIA.

IN his enim vt in superioribus oportet
semper intelligere spirituum motio-
nem. Cæterum symmetria & commo-
derata & mediocris magnitudo corpo-
ris debet intelligi, in homine bene edu-
cato, ac bene nato. Mediocritas vero ip-
sa non refertur ad masculinam natura-
lem quod non semper sint robusti & for-
tes, sed potius ad ingenium & ad promp-
titudinem actionum.

CAPUT XIV.

De Capillis.

PROPOSITIO XII.

Lenes Capilli timidum, asperi vero *Text.*
animosum declarant. *Arist.*

SCHOLIA.

Hanc propositionem non in homi-
ne solum, verū in vniuerso anima-
liū genere veritati consonam esse exa-
minando reapse comprehendemus. ti-
midissima si quidem animalia sunt cer-
uus, lepus, & oues: tenuissimosque ac
maxime concidentes pilos sortiuntur.
At Leo, atque etiam aper, vt sunt maxi-
me animosa animalia, ita etiam asperri-
mis vestiuntur pilis. Simili etiam ratio-
ne, licet idem videre in volatilibus ani-
malibus.

malibus. Si quidem in vniuersum quæ
asperas fortiuntur plumas, eadem sunt
animosa, quæ vero blandas, prorsus ti-
mida, quod si ad particularia descendas
in coturnicibus, & in Gallis id cognos-
ces manifestissime. Idem nimirum con-
tingit in hominum etiam generibus.
Nam qui septentrionem inhabitant,
magnanimi quidem sunt ac asperrimis
teguntur pilis. Qui vero plagam inco-
lunt meridionalem, vt timidi admodum
sunt, ita etiam languidos pilos progig-
nunt. At vero hirsutus venter garrulita-
tem quidem significat, quod potissimū
auium generi solet referri. Proprium si-
quidem avis est, quod ad corpus qui-
dem spectat, hirsutum habere ventrem,
quod vero ad ingenium, garrulum esse.
Si plures huius Aphorismi exigamus
Rationes, causam vnde duntaxat capilli
nascantur, contemplemur. Pili ergo ori-
ginem trahunt ex humorum excremen-
tis, quæ talia censentur, quales sunt hu-
mores, quorum excrementa dicuntur.
Ex humoribus autem, tanquam effectis
caloris innati & temperiei iecoris, vt ex
causis materialibus spirituum deduci-
mur in cognitionem caloris, & temperi-
ei corporis, tum spirituum. Asperi ita-
que pili cum fiant à siccitate & calore
vehementi, sintque in illis, veluti flam-
mei

mei sp
Asper
det, è
Contr
sunt co
telligi
uerbic
quidem
plures
coniun
luxuri

Qui t
re

T Ib
so
licet i
humo
do cru
genit
nis: v
hircu
est, vi
eru

mei spiritus, vnde animositas nascitur. Asperitas in pilis animositatem ostendet, è contrario leuitas timiditatem. Contrariorum lege, quorum contraria sunt consequentia. Ex quibus facile intelligi potest, quod omnium fertur pro-
 uerbio *pilosus fortis, aut luxuriosus*: fortis quidem, si asperi sunt capilli, luxuriosi si plures & lenes. Cum calore enim in illis coniungitur humiditas, quæ pronum ad luxuriam reddunt.

PROPOSITIO XIII.

Qui tibias habent hirsutas, lasciuui, *Text.*
 referuntur ad hircos, *Arist.*

SCHOLIA.

Tibiarum nomine coxas etiam Philo-
 sophum intellexisse autumo, nam licet in tibijs vigeret calor magnus cum humore, virilia non æstuarent, at quando crura sunt vilosa pubesque hirsuta, genitales partes multum generant seminis: vnde concitatur libido, quod autem hircus sit salax, omnibus in comperto est, vilosus autem non tantum est tibijs, eruribus & pudendis, sed & toto corpore. Prouerbio autem iactatur *luxuriosus ut hircus.*

PRO-

PROPOSITIO XIV.

Text
Arist.

Qui pectoris atque ventris regionem admodum habent hirsutam minime inter se (quod in hominum genere contingit nunquam) habent consortium, refertur ad auium genera, quæ pectus & ventrem habent maxime hirsutum.

SCHOLIA.

Hic textus à diuersis varie fuit descriptus, ex hoc Lacunæ contextu perspicue apparet æquiuocatio eius particulæ (*minime inter se habent consortium*) sententia enim potest plures homines tales raro simul versari, & consortium inire inter se. Quod illa Parenthesi demonstratur (quod in hoc genere contingit nunquam) scribit enim *Arist. initio primi Politicorum hominem esse, animal sociabile, magis quam apes. Quare habere consortium, cum alijs glabris & reliquis hominibus. Si quidem tales sint animosi, sunt elati & superbi, iracundi, feruet enim illorum cor & totum pectus. Eiusmodi autem homines degunt fere vitam solitariam, contemnunt enim reliquos homines, cum alij mores illorum sufferre facile non possint, sed refe-*

referu
uunt,
quus
Porta
pectus
dunda
cilles
luxuri
tentia
est, ni
menti
biles, c
litas p
facile
fumi,
somnia
ginam
mus, p
ginati
nes, h
exrela
& cæt
excog
autem

Qui
br
ad

QV

referuntur ad aues, quæ gregatim uiuunt, & in magno cõsortio. Quare antiquus textus quem Ioannes Baptista à Porta eu secutus, ex Polemone habet pectus & aluus, quæ multa pilatura redundat, mente leues, instabiles & imbecilles notat. Adamantus melius vertit luxuriosos. Albertus assentitur huic sententiæ. Verum causa minus perspicua est, nisi dicamus ex calore cordis vehementi, gigni spiritus calidos tamen mobiles, ex quibus imaginationum mobilitas pendet, mutatur enim imaginatio facile à varijs spectris, spiritus autem fumi, vapores, spectra sunt illi vt ex insomnijs potest conijci: in quibus ea imaginamur, quæ nunquam sensu percepi-
mus, propter eas quæ obuersantur imaginationi varias figuras, & delineationes, hæc vero inconstantia significatur, ex relatione ad aues, quibus in volatu, & cæteris motionibus nihil potest fere excogitari inconstantius. De luxuriæ autem significatione nemo dubitat.

PROPOSITIO XV.

Qui pectus habent admodum glabrum impudentes sunt. Atque id *Text Arist.*
ad mulieres refertur.

SCHOLIA.

Quasi vero mulieres sint impudentes:
timidæ

timidæ censentur caloris inopia, qui ergo possunt esse impudentes, & inuercundæ, quod audacia timiditati ex diametro opponatur. Pudor ex opinione erroris nascitur, errores autem deprehenduntur ab his qui perspicaci sunt ingenio: quo cum multæ mulieres maxima ex parte careant, dum putant falso se sapere impudentes, & audaces redduntur. Glabri vero pectore sunt corde frigidi, stupidi & muliebris naturæ. Præterea mulieres sunt ambitiosæ. *At nitimur in vetitum cupimusque negata.* Illis autem sunt denegatæ virtutes illæ quibus vera laus comparatur quo ergo si non re ipsa, tamen specie laude illa frui videantur, efficiuntur impudentes, non pudet enim illas ambitiosas, sibi arrogare quod non merentur. Illa vero ambitio muliebris sita est potissimum in vestimentis, & reliquo corporis ornatu, laudibus, arcecessionibus, primigressionibus & cæteris, quibus si priuentur, Tragedia est, rixa, vociferatio manuum, confractio, capitis commotio, corporis contortio, minæ execrabiles, iuramenta &c.

(.:.)

PRO-

Quid
tum
fera

A
pudori
At con
subiect
est in v
aduers
nulla f
nulla f
sunt q
oportet
quand
exucc
lore m

Qui
be
ne

L
ru

PROPOSITIO XVI.

Qui dorsum habent impense hirsutum, impudentes, referuntur ad feras.

Text.
Arist.

SCHOLIA.

A Porta vertit asperi: Bestiæ namque impudentes dici non possunt, pudoris namque capaces non existunt. At contraria sunt nata esse in eodem subiecto successiue, omnis verecundia est in voluntate, nam turpis opinio, non aduersatur naturæ sed voluntati: atqui nulla fera est voluntate prædita, ergo nulla fera est verecunda: asperi autem sunt qui valde sunt hirsuti dorso, quod oporteat calorem esse vehementissimū, quando illa pars sicca & vt ita loquar, exucca, pilos producit, ab eo autem calore morum peruicacia & asperitas.

PROPOSITIO XVII.

Qui colli posteriorem partem habent hirsutam, liberales, ad Leones refertur.

SCHOLIA.

Liberalitas est honesta bonorum suorum largitio. Cum ergo liberales sua

sua alijs largiantur, metu indigentia non afficiuntur, quo maxime cruciantur auari. Illa autem opinio naturaliter insita defectus bonorum in diuitibus non aliunde prouenit, quam ex defectu spiritus, & caloris innati. Quam ob rem senes inuenibus sunt magis auari, in illis namque vires deficiunt naturales, spiritu & calore naturali imminuto: fit ergo necessario, vt qui abundant calore, & spiritibus, illi sibi maxime fidant propendeantque in liberalitatem: At qui ceruicem pilistectam habent, calore maxime abundant, cum enim illa pars sicca sit, & frigida fere naturae, propter ossium magnitudinem pili in ea nascentes, caloris & humoris abundantiae significationem praebent. Ex quo sequitur eos posse esse liberales. Quod autem referantur ad Leones, certum est Leonem liberalem esse dictum ex *Aristotelis sententia*. Porta ad equos referendos potius arbitratur, quorum est propria coma. Equi vero bene comati sunt superbi, vultque comam in illis esse generositatis indicem, probat suam sententiam, quod cum eos velint ignobiles & humiles reddere, iuba priuant, eum deducendo ad asinum. Et equam quam asino adiungere volunt, missarij, iuba priuant. Huius rei meminit *Ælianus* ex *sophocle*

ut

N
ut refert
malium
verum
liberale

P

Qui m
mo

P
sube
pilis m
ra aut q
canes r
habent
non de
legatur
runt pi
tur ad
Barba:
quonia
mo a fa
batae s
rit prob
maior
animos
copia
non ef
fieri ad
anima

ut refert Gillius cap. 29. lib. 4. historia animalium: Nihil tamen vetat vtrumque verum esse, caloris namque abundantia liberalem & clarum efficere potest.

PROPOSITIO XXI.

Qui mentum habent prolixum, animosi, refertur ad canes. Text.
Arist.

SCHOLIA.

Porta censet mendum in hoc textu subesse & Aristotelem scripsisse de pilis mento inhærentibus non de figura aut quantitate menti. Primo quia ad canes refert, quia acutum mentum non habent, præterea Aristot. agit de pilis, non de partium quantitate, aut figuris, legatur ergo, qui in mento prolixos gerunt pilos, illi sunt animosi, & referuntur ad canes. Primo excutiamus de Barba: Barba virilitatis est argumentum quoniam ea potissimum apparenter homo à fæmina differat, & fæminæ barbatae sunt viragines, quo ergo barba erit prolixior, & densior, eo virilitatem maiorem demonstrabit. Viriles autem animosi. Prouenit autem hic effectus à copia caloris. ad canes autem referri, non est verisimile, cum relatio debeat fieri ad id, quod est maximè proprium animalis, Canibus autem multa tribuuntur

tur à Cicerone, in quibus nulla mentio fit animositatis, *Canum*, inquit *Cicero*, *tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio, tamque odium in externos, & tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando*, quid significant aliud nisi ad hominum commoditates esse generatos. Quærat^{ur} ergo animalis alia species, ad quam iure barbatus referatur.

PROPOSITIO XXII.

Text. Qui capillos horridos habent, timidi, refertur ad ipsam affectus naturam, siquidem qui animo sunt perculsi, horrent.
Arist.

SCHOLIA.

Horrent & erecti manent pili in pauore & metu magno, propter frigus externarum partium, à quo contractati pori eriguntur pili & rigent. A posteriori ergo si rigeant, naturaliter indicium dāt frigiditatis, quā timiditas potest probari per ea quæ explicata fuere de animositate, quod contrariorum contraria sunt consequentia.

PROPOSITIO XXIII.

Text. Qui vehementer crispas habent capillos, timidi, ad Æthiopes id refertur.
Arist.

SCHO-

CRIP...
cum
animali
ex pilo
terreur
motus
lus eni
ctitur:
būdans
mixta f
tur pilu
tiā Gal
ditur, o
git con
bus, qu
si in ter
habent
facile c
tem, ex
care ca
calor in
frigidit
autem
tum fu
timidi
noctio
Geogr
mo exi
qui sur
rum, tu

SCHOLIA.

CRispitudinis multiplex est causa secundum *Aristotel. c. 3. lib. 5. de generat. animalium*: Vna portio ignis excedens ex pilo, vnde exhalatio ascendit, & cum terreum adustum mixtum descendat, fit motus pili contrarius, quo crispatur, pilus enim ob sui imbecillitatem faciliē flectitur: secunda causa, terreum vstum abundans: Nam cum pauca humiditas permixta facile siccetur ab aere, conuelli- tur pilus, vnde crispitudo. His addit tertiā Galenus, meatus per quē pilus egreditur, obliquitatē. Quibus Vega cōiungit conformatricē assimilatē parentibus, qua de causa filij Æthiopum, etiam si in temperatā regione nascantur, pilos habent crispes, nigros, breues: Ex quibus facile colligitur crispitudinem nascentem, ex duabus prioribus causis, significare caloris excessum, à quo dissipatur calor innatus corporis, introduciturque frigiditas, quam priuatiuam vocant, ea autem est causa timiditatis, vt explicatum fuit. Cæteram Æthiopes omnes timidi non sunt: qui enim sub Æquinoctio habitant, cum sint temperati, Geographorum sententia, timidos nemo existimauerit. Referuntur ergo illi qui sunt crine crispo, similitudine morum, tum morum paritate ad Æthiopes, qui

qui incolunt calidissimas regiones, Abissinos, nimirum & alios Abissinis proximos, atque idcirco Aristot. scribit qui vehementer crispas habent pilos.

PROPOSITIO XXIV.

*Text.
Arist.*

Porro ipsa capillorum generatio, si quidem proluxi sint, agilitatem; sin vero breues, pigritiem significant: quandoquidem proluxos gigni capillos, facilitas quædam est, breues autem cunctatio.

SCHOLIA.

DEmonstratio horum sumitur à robore caloris & debilitate, tum à materiæ mollicie, aut duritie; nam calor robustus facile producit capillos, ex materia humida & sequaci, difficile autem ex sicca.

CAPUT XV.

PROPOSITIO XXV.

*Text
Arist.*

Qui viuido sunt colore, sanguine exuperant.

SCHOLIA.

Non immerito signa specifica inclinationum naturalium, à coloribus humani corporis desumimus, Color

lor enim
corpor
redunc
lib. de
cute, ta
mores r
trema
morib
tenent
notio,
natura
retroce
cemus
tempe
tur. V
cessen
tution
non ex
ira, tim
bation
lor, vt
dos ho
morbe
frigidi
ciore.
mores
les non
scribit
tem &
pore p
tem, b
derate

lor enim qui apparet in facie, & toto corpore significat humorem in corpore redundantem. Scribit enim Hipp. initio lib. de humoribus *qualis apparet color in lib. de cute, tales delitescit humor sub cute, nisi humores retrocedant, ut in timore, vel ad ex-ribns, tremata ferantur, ut in verecundia.* Ex humoribus autem in corpore dominatum tenentibus, temperamenti sumitur dignotio, nam quale est temperamentum naturale, tales sunt & humores. Si ergo retrocesserimus ex humoribus, cognoscemus temperamentum, cognito autem temperamento animi mores dignoscuntur. Verum colores intelligere est necesse naturales firmos & fixos ex constitutione naturali corporis pendentes, non ex animi, aut corporis motione, ut ira, timore, verecundia, aut alia perturbatione. Et licet fuerit permanens color, ut in Tyrannica invidia, quæ pallidos homines efficit, vel contractus ex morbo longo, aut aeris constitutione frigidiore, calidiore, humidiore, aut sicciore. Hi namque colores non possunt mores hominum denotare, quia naturales non sunt. His ergo positis Aristoteles scribit, *viuidos colores significare caliditatem & sanguinis exuberantiam* quæ in corpore procreat iucunditatem, liberalitatem, benignitatem, & omnes mores moderatos.

C

P R O.

A-
o-
uisi-
n;
ni-
OS
amro-
m à
ca-
ex
au-

line

in-
olo-
Co-
lor

PROPOSITIO XXV.

Text.
Arist.

Qui vero ex albo simul & rubro conflantur (λευκερυσμοι Græcis dicuntur) si modo corpori leni insunt, indolem bonam significant. Albi vero plusquam rationi conueniat, etiam timidi, astuti, & imbecilles sunt, referuntur ad mulieres.

SCHOLIA.

Color ex albo rubescens in corpore leni indolem bonam denotat, inquit *Aristoteles*, mixta namque est portio aliqua pituitæ cum sanguine, eius calorem retundens, unde bona indoles ortum ducit. Scribit autem bonam indolem, quod ille color vix appareat nisi in pueris, quorum mores indole designantur, unde pueri bonæ aut malæ indolis dicuntur. Albus color naturalis totius corporis timiditatem significat, & ad feminam refertur *ex Arist.* Albedo namque illa ex pituitæ abundantia Oritur, quæ frigidum reddit corpus & album: frigidi autem sunt timidi ob caloris defectum & spirituum, robur namque ex illis nascitur, & ex viriū robore animositas & confidentia. Contraria itaque constitutio timorem parit & pusillanimita-

mitat
ris no
fistere
tur om
siogno
cipijs.
menti
concip
more d
que in

Qui a
ing
que

CO
d
autem
redun
calori
sarius
propte
innati
sed ma
30. prob
nio cla
vel in
carmi

mitatē, cum vires debiles, penuria caloris non possint malis concurrentibus obfistere. Ex his propositionibus nascuntur omnes fere demonstrationes in Physiognomia, tanquam ex proximis principijs. Anima quippe librans, instrumenti quo utitur robur & debilitatem, concipit opinionem fugiendi mali, in timore & malo obfistendi in audacia, atque in reliquis affectibus similiter.

PROPOSITIO XXVI.

Qui admodum nigri, timidi sunt, & *Text.*
ingeniosi, præcipue si calore ali- *Arist.*
quo præditi sunt.

SCHOLIA.

Color enim niger naturalis timidos demonstrat ex Aristotele. Color autem ille ostendit succi melancholici redundantiam, qui frigidus est & siccus, calori naturali utraque qualitate aduersarius, ex quibus colligitur timiditas propter penuriam spirituum & caloris innati, neq; tantum timiditatē ostēdit, sed mæstitiā ex Hipp. in Aph. *Arist. sect. 30. probl. querit causā*, cur omnes qui ingenio claruerūt, vel in Philosophiæ studijs, vel in Republicâ administrandâ, vel in carmine pangendo, vel in artibus ex-

excendendis extiterunt Melancholici, ex quo facillime colligi potest colorem nigrum denotare ingeniosos, siquidem ille color fuerit commixtus cum ea dispositione, quam Aristoteles describit nimirum cum moderato calore, si frigiditas sola ad fuerit, stupidi omnino sunt & terrestres. ideo accidit Normandos agresti & hebeti præditos esse ingenio, Gallos vero non multum subtili, ideoque ob defectum huius terrestri humoris non continuo vni operæ incumbant.

PROPOSITIO XXVII.

Text.
Arist.

Qui flauo aut fuluo suffunduntur colore, magnanimi, & ad Leones referuntur.

SCHOLIA.

Fuscus quippe calor eiusmodi naturalis moderatæ siccitatis est iudicium. Auicenna scripsit *fuscum colorem significare caliditatem, in quâ audacia & robur*. Fuscus ergo homines robusti. Id probari potest ex populis hoc colore tinctis, qui robore corporis præstant, quales sunt Arabes & Iapponenses secundum Historicos, qui de eorum colore naturali ac magnanimi latè passim multa commemorant.

PRO-

P
Qui
tic
ex

Q
ficc
ideo
cipiu
stant
fraud
lis sat
appari
temp
prude
fuit p
crabi
sapie
natu
nost

PROPOSITIO XXVIII.

Qui fuluo sunt colore, plusquam rationi conueniat, execrandi, atque exitiosi, referuntur ad Vulpes.

*Text.
Arist.*

SCHOLIA.

Qui hoc colore tinguntur, biliosi existunt à prædominio: calidi ergo & sicci, quorum spiritus mobiles sunt, & ideo mobiles in opinionibus facile concipiunt, quæ audiunt. Iracundi, inconstantes in negotijs astutias quærunt & fraudes, honoris veri parum solliciti, illis satis est, dummodo astutijs possint apparere hominibus sagaces. Illi hoc tempore habentur homines habiles & prudentes. Aeneas ruffo colore proditor fuit patriæ, Mession ruffus extitit execrabilis. Iudas ruffus depingitur, licet sapiens ut astris potest dominari, ita & naturali propensione; libera namque est nostra voluntas quæ potest sequi illos naturales signiculos aut illis aduersari.

(::)

C ;

PRO:

PROPOSITIO XXIX.

*Text.
Arist.*

Quibus color inflammatus atque igneus est, insani, omnes siquidem corporis partes, si impendio calidiores reddantur, flammeum colorem acquirunt, qui vero ad extremum calefactionis perueniunt, merito furiosi dicuntur.

SCHOLIA.

Nascitur namque color à magno totius corporis incendio, vnde spiritus flammei perturbant mentem, qui si maiorem calorem concipiant, reddunt homines furiosos & maniacos, nascitur quippe mania à cerebro inflammato. Cassandra, vt referunt, flammeo fuit colore & oculis collucentibus, proindeque maniaca. Ex his facile explicabuntur, quæ ab Aristotele describuntur de coloribus partium corporis, de quibus huc vsque tractauimus, nunc ad partes vniuersi corporis humani pertransimus.

PROPOSITIO XXX:

Qui frontem habent exiguam, imperiti, referuntur ad sues.

SCHO-

EX
ex
præsta
quate
ligima
fronti
gatur
signa
mæ fa
nes pa
causæ
enim
lædi n
sione
ita de
solida
maui
De q
Atqu
Anato
de ne
casse
liqua
parte
nerui
ipso p
philo
lis, m
sump
re de

SCHOLIA.

EX fronte quâ ratione pars est faciei exterior non ducitur argumentum præstantiæ, aut debilitatis ingenij, sed quatenus per eius conformationem colligimus quantitatem cerebri, ossibus frontis comprehensam. Quod ut intelligatur animadvertendum est Arabes designasse varias sedes cerebri diuersis animæ facultatibus, nimirum quod læsiones partium cerebri diuersarum, essent causæ læsionis diuersæ facultatis: ex ictu enim in postrema parte capitis recepto lædi memoriam opinati sunt, ex percussione in fronte imaginationem atque ita de cæteris. Galenus autem in parte solida omnes facultates exerceri autumauit beneficio temperamenti illius: De qua re fusius Medici in Physiolog. Atqui si Arabes conspexissent, quæ ab Anatomicis recentioribus detecta sunt, de neruis à cerebro nascentibus collocassent imaginationem, rationem, & reliquas principes facultates: in postrema parte substantiæ cerebri à qua omne nerui principium ducunt: quod aspectu ipso probari potest. Si vero sit hac in re philosophandum ex doctrina Aristotelis, mirum est quo pacto velit ab indicijs sumptis ex fronte aut ex capite conijcere de facultatibus principibus, cum ex

eius opinione exercentur in corde, an cerebri exiguitas cordis paruitatem ostendit. At qui sunt paruo corde, perspicaces habentur, & animosi, perspicuitas ingenij insipientiæ aduersari videtur. Aristot. ergo opinio de cerebro, quæ ex sententia Galeni, & veritate falsa est, ipseque nihil tale cogitans: In his physiognomicis sibi reclamationat & contradicit euidenter. Dicamus ergo paruam frontem exiguam substantiam cerebri significare in qua spiritus animales pauci continentur fierique ideo, vt defectu spirituum, rationis actio non possit esse excellens, vnde imperitia nascitur.

PROPOSITIO XXXI.

*Text.
Arist.*

Qui frontem habent impense vastam, torpidi, referuntur ad boues, vaccas.

SCHOLIA.

Spiritus in vasta fronte, & vasto cerebro sunt sparsi: Virtus sparsa est minor collecta ergo torpidi sunt, qui vastum habent cerebrum.

PROPOSITIO XXXII.

*Text.
Arist.*

Qui frontem habent rotundam, stupidi, referuntur ad asinos.

SCHO-

Port
præ
eidior
sam, al
rum: i
tia stu
rens m
tiam c

Qui
qu
tu

QV
co
stir.
mitat
uum

Qui
po
pa
fe
in
tu
re
g

SCHOLIA.

POrta ex Polemone & Adamantio præstantissimis physiognomis dilucidioribus verbis ponit frontem gibbosam, altam & rotundam, qualis est asinorum: in ea vero pauca cerebri substantia stultos facit, quanquam contra Patrens meus. p. m. multam cerebri substantiam causam stoliditatis esse censuit.

PROPOSITIO XXXIII.

Qui frontem habent ad amussim *Text.*
quadratam, magnanimi, referun- *Arist.*
tur ad Leones.

SCHOLIA.

Quadrata frons plurimum cerebri continet, in mediocritate tamen consistit. Quare mirum non est si magnanimitatem significet, ob copiam spirituum.

PROPOSITIO XXXIV.

Qui magnum caput partiuntur, *Text.*
pollent sensu plurimo, qui vero *Arist.*
paruum, sensibus sunt obtusi, referuntur ad asinos. Et qui caput instar Pyramidis habent fastigiatum, impudentes habentur, & referuntur ad aves curuorum vnguium.

C S SCHOLIA

SCHOLIA.

Quantum ad primam propositionis partem attinet, aduersari videtur hæc sententia vulgato dicterio. *Magnum caput, parum sensus habere*: sensus nomen nõ raro significat iudicium. Fieri itaque potest, vt qui est prægrandi capite, iudicio acri priuetur, sensus vero vt significat sensitiuæ facultatis actionem, videtur æquum, vt qui plurimum cerebri habet, in eo sensitiua facultas sit vegeta. Nam cerebrum est principium omnium sensuum, ex magno namque non nisi magnum oriri iustum est. Proportio totius corporis hac in re contemplanda, si corpori exiguo magnum sit appositum caput, grandes capite erunt debiles iudicio: in eo enim non possunt abundare spiritus ad seruiendum rationationi. Cor enim in exiguo corpore paruum est, à quo tanta copia spirituum proficisci non potest, vt satis sit viuificando, & eas actiones peragendo, quæ principes a Medicis appellantur, nempe rationationem, imaginationem & memoriam. In corpore vero bene proportionato potest vigere, & iudicium, & sensus propter caloris & spirituum abundantiam, quæ sufficiat omnibus operationibus animæ edendis. At in exiguo corpore, potest seruari proportio, verum est,

est, se
um, p
star P
dente
habea
itaqu
dede
famæ
lam, s
bentu
tribu
ille t

Qui
in
fo

R
ex su
de ac
ex al
noxi
ve

NATURÆ HUMANÆ. 59

est, sed copia quæ necessaria est spirituum, procreari nequit. Qui vero caput instar Pyramidis habent fastigiatum, impudentes habentur, eo quod per exiguam habeant cerebri substantiam. Iudicio itaque carentes, impudentes existunt, de decore nullum metum habent, nec famæ propriæ, ac honoris rationem ullam, similes Coruis & Coturnicibus habentur. Tale caput Homerus Therfiti tribuit, eumque impudentissimum fuisse testatur.

PROPOSITIO XXXV.

Qui aures habent exiguas, moribus imitantur simiam: qui proceros, asinos.

Textus
Arist.

SCHOLIA.

Ratio huius propositionis, me iudice, non aliunde petenda, quam ex superflua materia, aut deficiente, unde accidit eiusmodi asininos homines ex abundantia materiæ, cui sunt obnoxij, esse vecordes, torpidos, alios vero vigiles & laboriosos, utpote ab ea liberi aut immu-
nes.

(:.)

C 6

CA-

De facie.

PROPOSITIO XXXVI.

Text.
Arist.

Qui facie sunt macilenti, agiles sunt
& diligentes.

SCHOLIA.

MAcies enim naturalis ex calore sicco dominante oritur, quare qui macilenti sunt pondere carnis non grauantur, vnde agiliores redduntur. Nihil enim æque aduersatur agilitati ac carnis inutile pondus. Præterea musculi & nerui in illis sunt sicciores, à quibus robur; leue ergo pondus à musculis robustis celeriter mouetur. Diligentia vero est promptitudo in negotijs peragendis, nascitur vero ex spirituum agilitate, quæ ortum ducit ex sanguine feruidiore.

PROPOSITIO XXXVII.

Text.
Arist.

Qui faciem habent præpinguem:
timidi, ad asinos & ceruos referuntur.

SCHOLIA.

VTi animositas ex copia spirituum & caloris pendet quæ generent opinionem fortitudinis: Ita frigiditas timida-

ditat
tis a
di na
natis
acs.

Qu
la
fo

C
mes
late
do
intu
uo f
Hip
guin
re fac
nas
ven
ralis
gor
sign

ditatem parit, ex opinione imbecillitatis atqui pingues sunt frigidi, ergo timidi natura: semper enim de moribus innatis intelligendæ sunt hæ propositiones.

PROPOSITIO XXXVIII.

Qui faciem habent exiguam, pusillanimes, ad telem & simiam referuntur.

*Text.
Arist.*

SCHOLIA.

CALORIS est dilatare, frigoris cōtrarij contrahere, atqui frigidi pusillanimes, vt felis & simia. Quod calor sese dilatat, aperiat, aut extēdat, id igni affūdendo experiri licebit, quomodo pedes intumescāt, quomodo venæ tēpore æstiuo sese dilatent. Hinc Diuinus noster Hipp. consulit lib. 7. Aph. 53. *Quibus sanguinem è venis detrahere conducit, ijs vere secanda est vena, nã æstas calore suo venas adeo cōarctat, vt metus sit ruptionis venarum aut extinctionis caloris naturalis. Pusillanimitas autem oritur ex frigore, vt idcirco vbi in corpore humano signa frigoris reperiuntur, optime concludere licebit in eo pusillanimitatem dominari.*

PROPOSITIO XXXIX.

Text.
Arist.

Quibus facies magna, tardi, referuntur ad asinos & boues.

SCHOLIA.

ARguit illa facies quantitatem materiae efformandae, caloris vero debilitatem: In magno corpore anima languescit, quod instrumentum eius calor, & spiritus sit dispersus, virtus autem expansa minor contracta est: hinc ergo motuum tarditas. Facies igitur illa omnibus praefenda videtur, quae nec exigua nec admodum procerosa, medium tenet inter utramque.

CAPUT XVII.

De Oculis.

PROPOSITIO XL.

Text.
Arist.

Qui oculos habent volubiles, ingeniosi, atque rapaces, refertur ad accipitres.

SCHOLIA.

Volubilitas oculorum proficiscitur a robusta facultate motrice animali, cuius nomine intelligimus facultatem ipsam cum laudabilium spirituum copia, tum ab humore vinctuoso, quo perfunduntur oculi, cuius ope lubrici reddun-

reddu
culi i
fas op
aliqu
vt illa
dere p
musc
tus a
aduen
stiga
& mo
ccssi
obue
gina
ratio
ter e
sensu
eade
prim
ocul
men
aute
in a
cibu
ocu
uidi
cap
est i
nin
cor

redduntur. Verum cum illa in quiete oculi ipsum comitentur, præter illas causas oportet volubilitatis illius rationem aliquam peruestigare; mouetur oculus, vt illa quæ è directo, non concurrunt, videre possit, atque ob eam rem oculus musculis constat pluribus: hic vero motus à voluntate pendet, alius vero animaduertitur in his qui obscurorum peruestigatione vocatur: hi namque agitant & mouent celeriter oculos sine vllâ necessitate, ea conspiciendi, quæ oculis obuersantur; huius motus causa est imaginatio, quæ quoniam in his qui acutè ratiocinantur, celeriter mouetur, propter eum consensum, qui est mentis cum sensu & præsertim cum visu, oculi fere eadem celeritate agitantur. Quare si nec primo, neque secundo modo moueantur oculi: significatur semper ingenij acumen, ob caloris & spirituum copiam: illi autem oculi volubiles animaduertuntur in accipitribus, & reliquis auibus rapacibus, quocirca rapaces iudicantur, qui oculos gerunt volubiles, rapacitas est auiditas rapiendi: Rapere autem est vñ capere, vt vero rapiant accipitres, data est illis oculorum volubilitas, per eam enim facilius prædam conspiciunt, & conspiciendo rapiunt, ita ingeniosi vt
intcl-

intellectu quærunt, quod ad se trahant,
ita oculis continuâ versatione omnia
circumposita lustrant, & rapiendi desi-
derio flagrant.

PROPOSITIO XLI.

*Text.
Arist.*

Qui frequenter admodum conni-
uent, timidi, quandoquidem in
oculis primum timent.

SCHOLIA.

Conniuere est palpebras sæpe moue-
re, moventur autem vt claudantur,
& clauduntur, vt ab iniurijs externis o-
culos defendant, cum vero aliquis ti-
met, præ omnibus partibus ipsos oculos,
vt magis necessarios & commodos vitæ
sustodire, & ab iniurijs prohibere niti-
tur: vnde sequitur, vt qui sæpe conni-
uent, timidi existant, & sint in opinione
fere perpetua mali alicuius recipi-
endi.

PROPOSITIO XLII.

*Text.
Arist.*

Qui gratiose diffuseque intuentur,
ad decentem venustatem, atque
ad fæminarum genus referun-
tur.

SCHOLIA.

Quod gratiofus ille & diffusus aspe-
ctus

stus sit
bland
tore, &
inferio
animi,
possint
gratio
tem &
quibus
turpiu
thorit
& vec

Qui
ter
ha
bu

Et
at
oculu
culos
sed v
com
cilis
oculi
rei p
vt &
retin

Etus sit fæmineus, mulierum enim est blando & diffuso aspectu homines irrere, & allicere ad amorem sui: cum enim inferiores sint mulieres viris, dotibus animi, & corporis, quo viros superare possint, illisque pro arbitrio imperare, gratioso vultu & aspectu eorum seruitutem & perditionem cautè venantur: quibus eo magis est resistendum, quo turpius est homini mulieris caput auctoritate Diuina existenti, imbecillo & vecordi animali morem gerere.

PROPOSITIO XLIII.

Qui tardè, hoc est per magna interval- *Text.*
la oculos mouent, in eisquè *Arist.*
habent albedinis notam, cogitandi.

SCHOLIA.

ET enim si aliquâ cogitatione detineatur anima, detinetur etiam & ipse oculus, Alij vt Argyropilus vertit, qui oculos frequenti tempore mouentes: sed versus Lacunæ videtur magis accommodata: nam inuestigatio rei difficilis mobilitatem potest excitare in oculis, ita cogitatio, & contemplatio rei præstantis oculorum motum sistit, vt & intellectum in sua contemplatione retineat.

PRO-

PROPOSITIO LXIV.

Text.
Arist.

Qui oculos exiguos habent, pusillanimes, ad decentem venustatem refertur, & ad simiam.

SCHOLIA.

PARUITAS enim oculorum, materiae penuriam in illa parte ostendit, ex qua pusillanimitas conijci potest. Ex Aristotele Porta scribit illos esse calidos & vafros quod animalia paruis oculis praedita, ut vulpes & torpedo, & alia sint astuta & vafra: astutia est simulata prudentia & apparens. Definitur namque *cogitatio simulatorum & falsorum mediorum, ad finem malum consequendum*, astutus namque media capit simulata ad finem adipiscendum. Quamobrem decipit homines: existimant enim omnes illum esse bonum & prudentem propter media apparenter bona, qui tamen malus est reuera: Ita vulpes lupo suadebat ut multa comederet, quod erat amicitiae signum: sibi tamen finem malum proposuerat, nempe ut lupo non posset plenior factus, egredi è foramine angusto per quod erat in caecariam ingressus. Astuti nunquam sunt magnanimi: hi enim sibi proponunt verba bona & media vera, contra vero pusillanimes, falsa & simulata-
tame-

ta med
sunt, c
parant
telligit
paratio
formit
format

P
Qui o
ref
fa
bit
se
oc

O
pa
bus,
portio
abund
cultas
motri
equer
vero p
gressi
fugit
formi
runt e

ta media, quo minus enim viribus pos-
sunt, conscij ipsis sibi, astutiam sibi com-
parant, pusillanimes ergo sunt astuti: in-
telligit autem Arist. paruos oculos com-
paratione cæterarum partium, quæ de-
formitas arguit pusillanimitatem ob-
formatricis debilitatem.

PROPOSITIO XLV.

Qui oculos ingentes habent, pigri, *Text.*
referuntur ad Boues, qui vero *Arist.*
fælicissimâ corporis fruitur ha-
bitudine, oportet vt nec impen-
sè magnos, nec paruos sortiatur
oculos.

SCHOLIA.

OCulorum magnitudo dicitur com-
paratione facta cum reliquis parti-
bus, quas magnitudine excedunt pro-
portione seruata, ea signifiat humoris
abundantiam excedentem, cum qua fa-
cultas robusta esse non potest præsertim
motrix: pigritia enim est defectus, in ex-
equendo quod propositum est: maxima
vero pars executionum fit motu pro-
gressiuo, qui quoniam laboriosus est,
fugitur à pigris, quos sapiens relegat ad
formicas, quæ motu fere perenni quæ-
runt ea quæ ad victum necessaria putan-
tur,

tur, mediocritas autem (quæ aurea dici solet) in omni partium conformatione maxime probatur. Hinc illud Hippoc. *Cibus, Potus, Somnus, Venus, omnia mediocritas.*

PROPOSITIO XLVI.

Text. Qui oculis sunt prominentibus, stupidi, ad decentem venustatem, a sinosque referuntur &c.
Arist.

SCHOLIA.

Prominentes sunt oculi ob magnitudinem, magnitudo autem materiæ copiam cum facultatis debilitate patefacit. Tales autem sunt corpore vasto, cui anima nutriendo prospiciat, oportet, atqui positum in principio huius operis ex vehemente contentione vnius facultatis in sua operatione alias facultates remitti: fiunt ergo tales stupidi, stupor est cognitionis defectus, & tarditas.

PROPOSITIO XLVII.

Text. Quibus oculi sunt parum depressi, magnanimi & referuntur ad Leones.
Arist.

SCHOLIA.

Philosophus per depressos oculos, intelligit profundos & fere occultos: in videndi

videndi
visorij
to tale
inducit
vehem
di sicci
mores

PR

Quibu
fer

MA
humo
uente
oculo
que i
eunt:
perie
causa

Quib
fu

H
ocul
mun

videndi facultate pollent, quod spiritus visorij uniantur & colligantur: fiunt vero tales à siccitate, quæ ferocitatem inducit, præsertim si fuerit cum calore vehementi coniuncta, Leones sunt calidi sicci, nihil ergo mirum si tales Leonis mores referant.

PROPOSITIO XLVIII.

Quibus magis depressi, mansueti, referuntur ad oves. Text.
Arist.

SCHOLIA.

Mansuetus est, qui cum ratione irascitur, aut qui facile parcit: Ira ex humore biloso nascitur circa Cor feruente, qui valde depressos habent oculos, sunt temperati: partes namque in caloris abundantia extumescent: depressio ergo oculorum ex temperie caloris, quæ mansuetudinis causa existit.

PROPOSITIO XLIX.

Quibus oculi rubent, facile in iram furoremque rapiuntur. Text.
Arist.

SCHOLIA.

Hippocrates in Epidemijs scribit, ut valent oculi ita & totum corpus, quod oculis affectiones corporis facile communicentur, propter eorum luciditatem sunt

lici
one
oc.
dio-

tu-
a-

tu-
riæ
te-
to,
tet,
eris
ul-
tes
por

ssi,
eo-

in-
s: ij
ndi



sunt enim veluti gemmæ, in quibus vitia & fordes maximæ apparent. Cum autem Physiognomia perspexerint oculos hominum esse vario modo coloratos, inquisierunt colorum varias significaciones: Nam cum facile communicent cum reliquo corpore, putarunt se posse assequi ex vario illorum colore causas propensionum. Maiorem tamen hoc habet probabilitatem in dispositionibus præter naturam corporis. Nam si corpus redundauerit bile, oculus fit auriginosus, atque eodem pacto in reliquis morbis. In naturalibus nõ perinde. Nam colores oculorũ aut apparent in cornea quæ albũ oculi cõstituit, aut in pupilla, in cornea res non se habet simili modo, ac in cute reliqui corporis: Nam cum sit densa, & exiguis paucisque venis prædita, non potest, facile referre colores delitescentium humorum in constitutione naturali: tamen in excessu temperie potest aliquando id contingere, vt in ijs qui flammeos habent oculos & vinosos. In iudicio autem colorum pupillæ, certa coniectura temperamenti, neque qualitatatum spirituum sita est, vt videre est ex sententijs Authorum. *Aristoteles enim cap. 1. lib. 5. de generatione animalium ad lucem maiorem aut minorem oculi refert. Vt etiam Galenus fere sentit in arte*

parua.

N
parua. Au
terioris
onem est
7. fabrica
tempera
coniectu
go, quæ
eulis, pot
ta quam

P
Quibus
libid
soph
cet, a

CANE
Canin
dentia
abunda
proinde
num m
Baptist
muscas
pudent
pingun
ostenta
tur erg
oculor
potest

p̄r̄ua. Auicennas ad diuerfos colores interioris partis v̄ueæ refert. Quam opinionem est amplexatus Vesalius *cap. 14. lib. 7. fabricæ corporis humani.* Ex quibus ad temperamentum admodum debilis coniectura trahi potest. Experientia ergo, quæ pronunciauit Aristoteles de oculis, potius & obseruatione sunt stabilita quam demonstratione.

PROPOSITIO L.

Quibus oculi ignei sunt, lasciuī, & *Text.*
libidinosi, referuntur, teste Philo- *Arist.*
sopho, ad Canes, vel vt alijs placet, ad Gallos & passerēs.

SCHOLIA.

CANES amicitia & fidelitate cæteris animalibus anteponuntur, impudentia nequaquam. Puto quidē propter abundantiam caloris ignei audaces esse, proindeque impudentes, non tamen canum mores imitari. Doctius Ioannes Baptista à Porta eos refert ad ranas & muscas: Ægyptij namque hominem impudentem designare studentes, ranam pingunt, hæc enim alibi sanguinem non ostentat præterquam in oculis, Referuntur ergo ad ranas. Splendor & luciditas oculorum luxuriam significare conijci potest ex abundantia spirituum & caloris

ris

ris quam significat. Referuntur ad Gallos qui libidini valde sunt dediti vel ad passeres, qui rei quoque veneræ plus iusto addicti, eam ob causam non nisi per annum viuunt. Hinc omnibus studiosis Adolescentibus, alijsque in florenti ætate constitutis præceptum sit ut ab immoderatiore enim veneris usu sibi omnibus modis quibus fieri possit, optime caueant, hæc enim (ut synopsi nostratuendæ valet. conscripsimus) totum corpus eneruat, omnesque neruos labefactat, vires vitamque proterit.

PROPOSITIO LI.

Text. Quibus palpebræ tanquam vesicæ
Arist. appenduntur, temulenti: ad ebrietatem refertur.

SCHOLIA.

Palpebræ constant membrana ex pericranio deriuata, & musculis exilibus: membranæ natura sicca est, eius musculi fere membranei. Quæ sicca sunt extenduntur difficile: Oportet ergo ut extendantur humectari palpebras, & ut vesicæ modo inflentur, flatu repleti, à calore debili nato, ex palpebrarum humiditate: de humiditate reliqui corporis ferendum est iudicium: humor vero non potest tantus in corpore colligi sine potione

potion
ime p
habitu
tur, co
res cer

Quib
sun
der
ti, &
re

H
t
soporo
sopore
bent oc
Diuinu
27. Qu
modum
Etenim
ac m

potione frequenti: appetunt ergo maxime potum tales, qui nisi temperantiæ habitu à vini meracioris potu abducantur, eos esse temulentos, & vini potatores certo possumus iudicare.

PROPOSITIO. LII.

Quibus ea quæ in circuitu oculorum sunt, admodum concidentia videntur, & vt vesiculæ, somnolenti, & referuntur ad ipsum soporem.

*Text.
Arist.*

SCHOLIA.

HÆc ex superioribus demonstratur, humore namque diffuentes soporosi sunt, quod humoris abundantia soporem inducat, qui euigilant, habent oculos tumentes præ humore, vnde Diuinus ait Hippocrates li. 5. Aph. Aph. 27. *Quibus noctu bibendi est auuiditas, ijs admodum sitientibus obdormiscere, bonum est.* Etenim per somnum introfertur sanguis ac mador, vnde vapor qui sitim excitabat, vincitur, ac madescit internus squalor.

D

CA-

De Naso.

PROPOSITIO LIII.

Text.
Arist. Qui pinnulas narium sortiuntur
crassas, pigri admodum sunt, re-
feruntur ad Boues.

SCHOLIA.

Narium pinnulae constant muscu-
lis internis & externis exiguis,
cartilagini adhaerentibus, ad clauden-
dam, & dilatandam extremam narium
partem: ea si crassa sit, demonstrat cor-
pus totum esse valde carnosum, & mol-
le. In loco namque sicco tantum carnis
procreari non potest, nisi mollis sit, &
abundans, at qui sunt molles, carne pigri
existunt, quod & mollibus sunt musculis
& nervis, ex quo lente mouentur, qui
motus, nisi ex instituto ad grauitatem
terrae comparetur, pigritiae indicium est
necessarium: adde quod difficile agite-
tur multa carnis moles, boues vero pi-
gri dicuntur, ex tarditate gressus.

PROPOSITIO LIV.

Text.
Arist. Qui nares superiori parte densas ha-
bent, sensibus sunt stupidi, refe-
runtur ad sues.

SCHO-

DEnsi
car
tis sensus
do, & pra
vero obie
sint carne
quare ob
sunt den
pidi, prop
P R

Qui nar
acutu
& ref

ACut
cies
tis domi
caliditas
di. Ergo
cundi: ca
eius frequ

P R
Qui ext
das p
mi, re

SCHOLIA.

Densitas narium arguit densitatem carnis, quæ indicium est stupiditatis sensus: nam cum sensus fiat recipiendo, & præsertim tactus: ad recipiendum vero obiectum raritate sit opus, si densæ sint carnes, difficile recipitur obiectum, quare obtuse sentiunt quorum carnes sunt densæ; sues autem sensibus sunt stupidi, propter crassitatem corporis.

PROPOSITIO LV.

Qui nares habent oblongas, & in *Text.*
acutum desinentes, iracundi sunt, *Arist.*
& referuntur ad Canes.

SCHOLIA.

Acutæ sunt nares in macilentis, macies naturalis ex caloris & siccitatis dominio, in quibus vero dominatur caliditas & siccitas: hi biliosi & iracundi. Ergo qui nares habent acutas, iracundi: canis iracundum est animal, ut ex eius frequenti latratu colligi potest.

PROPOSITIO LVI.

Qui extremas nares habent rotundas pariter & obtusas, magnanimi, referuntur ad Leones. *Text.*
Arist.

Rotunditas narium robur facultatis efformatricis demonstrat: rotundum enim maius spatium continet, maioremque molem: maius autem difficilius efformatur, ad quod præstandum opus est facultate vegetiori: cum rotunditate vero, firmitas requiritur, ad robur corporis ut ad Leonem referatur.

PROPOSITIO LVII.

Text. Qui extremas nares habent præternues, auium naturam participant.

Arist.

SCHOLIA.

Tenuitas narium ex superioribus, priuatione carnis contingit. In illa parte, proinde calorem & siccitatem excedentem, ex quo imaginationis volubilitas & inconstantia, hinc loquutionis copia, more auicularum.

PROPOSITIO LVIII.

Text. Qui nasum habent aduncum prope fontem, impudentes sunt, referuntur ad coruos, interdum sunt magnanimi, & referuntur ad Aquilas.

Arist.

SCHOLIA.

Quoad primam propositionis partem attinet,

attinet
fronte
ut inter
cavitas
git Arist
si supre
qua sig
dantiar
format
dicunt
sui hon
lam ha
quod se
minem
proprij
nem. Q
dentes
sint cla
nibus. E
spiritu
& crassi
phanta
ut nem
Cum e
pudent
ter ab h
carere,
ter exc
imagin
rum bo
circa e

attinet, Nasi ac uncitas, aut est prope frontem aut à fronte parum remota: ita ut inter ad uncitatem & frontem intersit cavitatis aliqua, primam hoc loco intelligit Aristoteles, ea nascitur ab ossium nasi supremâ parte, extuberante, & elata, quæ significat humoris crassioris abundantiam, in ea parte, & facultatis effectivæ robur. Impudentes autem dicuntur qui nullam habent rationem sui honoris, quia aut non norunt, nec ullam habent honoris opinionem aut quod sese omnibus præferant: Puto neminem esse adeo stupidum, qui honoris proprii aliquam non habeat cognitionem. Quocirca existimo hos esse impudentes ac inuerecundos, propterea quod sint elato animo seseque præferant omnibus. Huius vesanæ opinionis causa est spirituum in cerebro existentium copia & crassities, quibus fit ut in illis nascatur phantasia tanti roboris & fortitudinis, ut neminem sibi parem esse existiment. Cum ergo tales se esse arbitrantur, impudentes sunt, opinantes omnia decenter ab his agi, omnique reprehensione carere, aut hoc illis condonandum propter excellentem eorum virtutem falso imaginatam, unde etiam accidit, ut aliorum bona ad se pertinere putent, quocirca ea impudentes rapiunt. Quoad secundam

cundam propositionis partem spectat, quod ad unco naso prædita interdum ab Aristotele etiam magnanima dicantur, ex eo colligi potest, quod & vulgariter ex genere Cæsarum orti esse ferantur. Talem quoque nasum habuisse narratur Magnum illum Galliarum Regem Henricum cognomento Quartum, qui licet ob magnitudinem rerum gestarum Magnus dictus, miserabiliter tamen & calamitose mortis genere Lutetiæ Parisiorum interfectus perijt. Magnanimi ergo ab impudentibus dissimiles sunt, eo quod magnanimitas virtus sit, quippe excelsi atque inuicti animi magnitudo, ad res magnas gerendas: inuerecundia vero vitium verecundiæ honestæ oppositum. Ioannes Baptista à Porta ex Aquilæ innatis moribus per similitudinem conformationis reddi rationem propositæ quæstionis suo more, nos ex principiis naturalibus hominis, eo pacto efformati, ducendam existimamus, cum ex illis propensiones & inclinationes ortum ducant, quod certe hac in re per arduum iudicamus, præsertim cum à similibus causis non soleant nasci effectus dissimiles. Magnanimitas vero, licet ab inuerecundia maxime sit differens, tamen inuerecundus habet aliquid simile magnanimo, quod ut magnanimus se dignum

dignu
tuten
posse
hono
causa
falsæ
form
curer
erit c
diæ, i
princ
magn
tame
raliu
vide
tio, h
eund
tes, v
sta, a
nulli
omn
prog
sta &
mod
erit
cent
ra to
per
ab
tan

dignum magnis honoribus propter virtutem putat: ita inuerecundus nullo se posse de decore affici autumat, quare se honore dignum putat: Verum quænam causa erit differentia opinionis veræ & falsæ in mente, cum eadem sit fere conformatio, differens tantum partis loco: cur ergo elatio in principio nasi exorta erit causa falsæ opinionis, & inuerecundia, in medio vero naso, cum cavitata in principio, veræ opinionis honestæ & magnanimitatis. Virtutes sunt habitus: tamen ex Arist. c. 7. lib. 2. magnorum moralium principium ad virtutem magis videtur affectio probe affecta quam ratio, Erunt ergo magnanimus, & inuerecundus in affectione naturali differentes, vt vnus naturaliter feratur ad honesta, alter ad dedecora & inhonesta. An nulli magnanimi naturæ instinctu, sed omnes inuerecundi & elati, fierique progressu ætatis, vt dignoscendo honesta & verecunda, fiant magnanimi, nemoque sit magnanimus, quam prius fuerit impudens, quod ista quæ vulgus censet honesta, ille contemnat ad maiora tendens. An propositiones hæc solâ experientiâ probandæ, ob similitudinem ab animalium conformatione desumptam.

PROPOSITIO LIX.

*Text.**Arist.*

Qui nares concauas habent, & ex frontis regione rotundas: si modo talis circumferentiæ superiora respiciat, lasciuui, referuntur ad Gallos.

SCHOLIA.

GAlli lasciuui sunt, illi vero partem illam rostri aut narium habent claram, & eminentem, atque ideo similitudine quadã Gallos referunt. Verum id quidem est. At ex figuris non iudicamus de viribus, nisi vt conformationes sunt indicia temperiei, à qua propensio ortum ducit. Cautas narium & amplitudo (nam hominum omnium nares sunt cauæ naturaliter, vsque ad ossa Ethmoidea, tum rotunditas in radice nasi demonstrant caloris quantitatem abundantem, cuius est dilatate partes corporis: atque eo magis ille calor ostenditur, cum nasus sit externa pars corporis ossea & cartilaginea, quæ difficilius dilatatur, quam aliæ, quæ constant partibus mollioribus.

PRO-

Quo
re

Nasi c
cens
primu
obste
& ind
citiu
pulch
com
illis
moda
rism.
Prob
teles
na ex
stote
fitie:
rie,
mate
patit
est, &
ergo
aut
fimi

PROPOSITIO LX.

Quorum nares simæ sunt, luxuriosi, *Textus Arist.*
referuntur ad ceruos.

SCHOLIA.

NAres simæ dicuntur, quæ compressæ sunt parte superiori, illa nasi constitutio cernitur in pueris recens natis. In quibus ossa teneriora deprimuntur facile. Quamobrem solent obstetrices nasi partes laterales pollice & indice apprehensas comprimere, quocitius aboleatur puerorum simitas, ad pulchritudinem potius, quam ad vitæ commoditatem, ita enim aliquando ab illis comprimuntur ut minus sint commodæ expurgando mucus. Huius Aphorismi rationem possumus reddere ex Problem. ultimo sect. 32. in quo Aristoteles quærit, *cur homines capillo crispo magna ex parte sint resimiores.* Respondet Aristoteles crispitudinem sitam esse in crassitie: Crassities vero non est sine duritie, at durus sanguis calidior est calor materiam excrescere inutilem minus patitur, os autem ex superflua materia est, & cartilago nihil nisi os est. Merito ergo diminutio nasi sequitur: Probat autem exemplo puerorum, qui omnes simi existunt. Hanc rationem oppugnat

D. s. Appo-

Apponensis. Primo quia conspexit crisp-
 pos, qui simi non erant, sed Aquilini. Se-
 cundo quia, vt loquitur, calidum non
 causat similitatem sed potius Aquilinita-
 tem, cum partes extendat, vnde calidi
 natura sunt valde Aquilini & non simi.
 Quare concludit hoc modo, cum reue-
 rentia omni magistri que obedientia,
 quod simitas pertractata non causetur à
 caliditate non faciente, ac relincente
 superfluitatem ex quâ possit os nasi &
 cartilago sufficienter generari. Verum
 potius à caliditate debili multo humido
 suppeditante, quare in natura frigidis
 cerebris & locis, nasi non parum fiunt
 simi, in calidis autem Aquilini, quod in-
 dicant pueri phlegmatici, non parum
 saltem accidente, propter enim materi-
 am multam phlegmaticam & calidum
 debilius non potest fieri extensio nasi,
 cuius signum est, quod in regionibus ca-
 lidis non solum nasi proteruntur, sed
 etiam labia. Quæ reprehensio calcula-
 tore indigna mihi videtur: ratio nam-
 que formalis Aristotelis est crassities
 sanguinis & durities partis à calore nata,
 non permittit, vt nasus crescat. Confir-
 mat autem exemplo puerorum, qui simi
 existunt, quod materia non possit exten-
 di, quæ ratio est formalis, licet causa di-
 uersa: quare ita erat distinguendum si-
 mitatem

mitat
 nis, q
 In pu
 men
 in pu
 In hi
 & pa
 quan
 tias
 aut m
 rum
 crisp
 bus,
 fiunt
 ergo
 simi
 mat
 rem
 tales
 mat
 gidi

Qu

L

mitatem nasci ex impedimento dilatio-
nis, quod nascitur ex crassitie materiae.
In pueris crassa est & viscida, mollis ta-
men, In adultis crassa, & sicca: quare fit
in pueris plurimis vt simitas euanescat:
In his vero quorum sanguis est crassus,
& partes ex eo genitæ, præduræ, nun-
quam tollatur. Quantum ad experien-
tias Crispi fiunt homines ex Galeno,
aut materiae pilorum siccitate, aut poro-
rum flexuositate: qui à siccitate fiunt
crispi, sunt resimi vti Æthiopes, in qui-
bus, contra eius sententiam nasi resimi
fiunt, & labia propenduntur. Veniamus
ergo ad conclusionem. Omnes qui sunt
simi propter densitatem & duritiem
materiae, existunt calidi per calorem ac-
rem titillationem producentem. Ergo
tales sunt Veneri dediti, qui vero copia
materiae phlegmaticæ sunt resimi, fri-
gidi haberi possunt.

PROPOSITIO LXI.

Qui narium foramina habent ex- *Text.*
pansa, iracundi, ad illum refertur *Arist.*
affectum, qui cum animi impetu
nascitur.

SCHOLIA.

L Atitudo membrorum caloris do-
miniū in illis testatur. Vnde posset

inferri iracundos tales existere, quod ira in feruore sanguinis sedem habeat, feruor à calore proficiscatur. Verum patulæ nares ex conformatione ipsa videntur iracundum demonstrare, nam quo calidius est cor, eo maiori respiratione est opus: Maior autem respiratio non potest fieri nisi per instrumenta larga, & ampla. Quare concludendum, latas nares esse effectas ad magnitudinem respirationis, propter cordis æstum. Atqui cor calidum commouet iras. Ergo patulæ nares sunt indicium iracundi.

CAPUT XIX.

De Labijs.

PROPOSITIO LXII.

Text. Labia tenuia eadem laxa iuxta labiorū angulos: ita vt partes superiores cadant super inferiores, ij magnanimi sunt: quod nimirum ad Leones refertur; id etiam videre licet in procerosis simul & robustis canibus.

SCHOLIA.

Licet hoc verum sit in quibusdam animalibus, in homine tamen forsitan falsum, neque probari potest nisi aut multorum experientia, aut ratione, hoc postremo,

postre
mare
tatis b
dispa
men p
rendu
domi
const
tomio
biber
idem
firma
temp
angu
fatur
prop
dura
longa
gitud
ex sic
mate
dicat
gis ex

Qu
se
m
n

L

postremo modo difficillimum est cōfirmare hęc sententiam, cum magnanimitatis basin in copia caloris innati, & cordis paruitate constituerimus: si quid tamen probabiliter dici potest, ita inquirendum, tenuia labia caloris & siccitatis dominatum ostendunt, Labia namque construi ex musculo raro & molli. Anatomicis est perspectum, siccitatis est cōbibendo coarctare, & caloris dissipanda idem præstare. Corporis ergo membra firma denique & coacta erunt in tali temperie: at laxa dicuntur labia iuxta angulos oris, laxum autem, duro aduersatur, nomine laxi intelligit Aristoteles propendens ob longitudinem, verum si dura sunt proindeque coacta, quo pacto longa & propendentia fingi possunt. Longitudo ex abundantia materia, tenuitas ex siccitate & calore abundans ergo illa materia eo propulsata robur naturæ indicat eoque maius, quo illa pars est magis exterior.

PROPOSITIO LXIII.

Quicumque crassa sortiuntur labra, *Text.*
sed inferiore superius magis de- *Arist.*
missum, stulti, referuntur ad alios
nos.

SCHOLIA:

L Abram superius demitti, quia pendulum

dulum non est mirum, noluit tamen natura propendere, quia faciei venustati maxime officit: si ergo demittatur supra labrum inferius, ut videre est in asinis. Oportet hoc in homine fieri propter abundantiam humoris, à quo emolita carnes extenduntur & demittuntur: humiditatis vero copia fatuitatem inducere non semel probatum est hoc Opusculo. Baptista à Porta hanc labri dispositionem prudentiæ signum scribit, quod Alces ex Pausania sagacissimum sit animal, habeatque labrum superius, verum est, sed aptior fuisset hoministalis cum asinino collatio, propter morum similitudinem, quam cum Alce sagacissimo, non enim quia homo habet aliquid simile animali alicui, est moribus illi similis. Sed si quid haberet homo cum animali commune, & moribus conueniant, satius est referre ad animal, cum quo conuenit moribus, quam cum eo cui dissimilis est.

PROPOSITIO LXIV.

Text. Qui superius labrum gingiuasque
Arist. prominentes habent, ad conuicia & maledicendum proni sunt, & referantur ad Canes.

SCHO-

D
 quod
 beant
 simili
 namq
 quod
 ad ill
 dibul
 quun
 man
 runt
 que l
 supre
 emin
 cis,
 innat
 parti
 & su
 ris a
 stan
 de

SCHOLIA.

Doctissimus Physiognomus Ioannes à Porta reprehendit Aristotelem, quod Canes huiusmodi labra non habeant. Aristot. non refert ad canes similitudine labiorum: sed morum: si namque in vniuerso fuisset nactus aliquod animal labijs & moribus simile, ad illud retulisset. Gingiuæ ossis mandibulæ superioris efformationem sequuntur, elatum ergo os superioris mandibulæ, quâ parte dentes inferuntur, gingiuas elatas facit, labrumque latum & prominens, illi namque suprema parte incumbit: ossis vero illius eminentia robur significat efformatricis, proindeque spirituum & caloris innati copiam viresque robustas, figuræ partium elatæ audaciam conciliant, & superbiam, quasi qui partibus corporis alios superant, excellentiores existant, si vero solent despici ab alijs vt deformes. Eam ob causam quo iniurias propulsent, alijs conuitiantur & maledictis reliquos laceflunt.

CA-

CAPUT XX.

De Voce.

PROPOSITIO LXV.

Text.
Arist.

Quod vero ad vocem spectat, si vox grauis simul, intensaque sit, fortitudinis: si contra acuta fuerit atque remissa, pusillanimitatis est signum.

SCHOLIA.

Arist. cap 7. lib. 5. de generatione animalium scribit differre vocem grauem à magna, acutam vero à parua: magna enim siue intensa, illa vox est ratione roboris pellentis aerem, qui materia est vocis: Parua vero dicitur propter debilitatem mouentis aerem: Grauis autem fit ex eo, quod mouens & impellens multum aerem mouet: acuta vero cum parum, multum autem, aut parum aeris mouet, pro ratione ductus nimirum tracheæ arteriæ, quæ fistula aptè nominatur. Per eam modulantur animalia: fit ergo, vt qui homines lata sunt præditi trachea arteria, hi grauem emittunt vocem, qui vero stricta, acutam: In quibus autem cum grauitate vox est intensa, significatur caloris innati abundantia, nam

nam c
copia
latus,
Quar
copia
robor
ne acu

Qui
pr
ca
fe
nu

H
Timi
missa
uem,
iniuri
ant, c
rum c
ctatio
cheæ
pellu
tam c
cund
fit co
vero

nam cum pellens sit robustum., robur à copia caloris, quoniam vero ductus est latus, dilatatio est effectus caloris natiui. Quare cum grauitas est intensa, denotet copiam caloris natiui, fortitudinis & roboris erit iudicium ex contraria ratione acuta, & remissa pusillanimitatis.

PROPOSITIO LXVI.

Qui in principio vocem grauem proferunt, in fine autem acutam calamitosi sunt, atque queruli, referuntur ad boues, & ad vocis venustatem.

*Text.
Arist.*

SEHOLIA.

HÆc mutatio vocis, aut contingit ex arbitrio aut ex animi passione. Timidi vocem proprie acutam, & remissam. Iracundi in principio satis grauem, mox acutam emittunt. Cum enim iniuriam vlcisci, vel alium lædere cupiant, contendunt membra, per musculorum contensionem à contentione coarctatio partium, & per consequens tracheæ arteriæ: violenter autem aerem pellunt tenuem licet calidum, qui acutam efficit vocem. In principio ergo iracundi nondum furore dominante parua fit contensio musculorum, procedente vero tempore feruor sanguinis circa cor auge-

augetur & contentio, vnde tenuitas spiritus, constrictio Tracheæ arteriæ, & vocis mutatio in acutam. Quare cum Iracundi sint queruli, clamitosi, qui talem edunt vocem, queruli existimari debent. Boues autem eiusmodi edunt vocem: in principio namque grauem quod non contendant musculos: in fine autem contentione ipsorum acutiorem efferunt: Bos vero iracundus non est, sed mitis & patiens, nisi valde læsus: læsa namque patientia, fit iracundia: Similitudinæ ergo vocis tantum referuntur ad Boues.

PROPOSITIO LXVII.

Text.
Arist.

Qui acute, blandè, atque etiam com-
pse sermocinantur Cynædi, ad
mulieres referuntur, & ad de-
centem venustatem.

SCHOLIA.

BLanda vox opponitur asperæ: nascun-
tur hæ differentiæ ex dispositione
instrumenti: læuigata enim Trachea ar-
teria, & æqualis blandam, inæqualis au-
tem asperam profert vocem, fit enim
inæqualis aut à sicco multum exce-
dente, aut ab humore nimio consisten-
te circa Pharingem: æqualitas vero,
& læuigatio ex temperatâ cum sicco
humi-

humi
ctum
am,
bren
Eun
am n
trach
cum
nijs
Blan
tura
dolo
stian
nem
cati
nem
cem
Oue

Qu

H
isti
seq

humiditate acuta vero est propter strictum ductum & tenuem vocis materiam, Quæ significant in homine muliebrem naturam & effæminationem, vt Eunuchorum: blanda autem potest etiam nasci cum illa dispositione æquali tracheæ arteriæ, ex animi proposito, cum gestibus meretricijs, & lenocinijs, quo more mulierum rapiant: Blanda vero vox est venusta, si talis, naturaliter extiterit sine vlllo fucō, aut dolo: Omnis namque temperies modestiam & venustatem, & mansuetudinem subindicat, ex quo pendet explicatio Aphorismi subsequentijs, de voce nempe. Qui blandam & debilem vocem emittunt, mansueti referuntur ad Oues.

PROPOSITIO LXVIII.

Qui blandam ac debilem vocem emittunt, mansueti, referuntur ad Oues.

*Text.
Arist.*

SCHOLIA.

HVius Explicatio pendet ex superioribus, Vox enim talis temperata existit, quam necessario mansuetudo subsequitur.

PRO-

PROPOSITIO LXIX.

Text. Qui acutam validamque vocem elidunt, edaces, referuntur ad Capras.
Arist.

SCHOLIA.

A Qua vorax, ut scribit Hipp. 6. lib. Epid. quia frigido cogit calorem innatum, unde melior fit concoctio & distributio: hinc fames attrahentibus optime partibus corporis, à venis, venæ à iecore, & à ventriculo; in cuius orificio superiore suctionis sensus perceptus, fames appellatur, in quibus ergo viget calor natiuus in partibus inferioribus, in his fames multa. Hinc Hipp. Aphorism. *Pueri difficillime ieiunium ferunt.* At qui acutam & validam edunt vocem, illi abundant calore natiuo: valida enim vox à calore multo naturali: acuta autem fit à compressa Trachea arteria: Quocirca qui acutam & validam vocem edunt, edaces existunt, capræ sunt edaces non tam copia caloris, quam abundantia succi melancholici acidi, à quo in ventriculum effuso, appetentia excitatur.

CA-

CAPUT XXI.

De Collo.

PROPOSITIO LXX.

Qui crassam habent cervicem, robustam animi vim obtinent, referuntur ad masculos: Qui vero tenuem, languidam & imbecillam, referuntur ad fœminas.

*Text.
Arist.*

SCHOLIA.

CRassa cervix efficitur ex ossium illius crassitie, tum ex musculorum magnitudine qui collo adhærent, illudque constituent: sæpissime autem ossium crassitiem & musculorum significant, robur naturæ efformantis, & ministri illius caloris.

PROPOSITIO LXXI.

Qui collum habent crassum & plenum, iracundi sunt, ut vertit Doctus. Ioannes Baptista à Porta.

*Text.
Arist.*

SCHOLIA.

Quinam collum habeant crassum, plenum, & firmum, ex fronte enim dignoscitur, id quod nobis vocabulo (plenum) intelligi datur. Nam si dura sit

fit

fit caro cervicis, cordis caro dura erit, cor quippe nostrum musculosum est, & ex sanguine materno originem trahit. Durities quippe cordis ex caloris abundantia (quæ non facile dilatatur,) exoritur. Et sic me iudice causa & origo Iracundiæ à nobis adinuenta est. Vera ergo erit Conclusio. Hic Cervicem habet crassam simul & plenam, ergo iracundus est.

PROPOSITIO LXXII.

Text
Arist. Quibus Cervix non est admodum crassa, sed oblonga & procerosa. Hi sunt magnanimi, referuntur ad Leones.

SCHOLIA.

Hanc esse genuinam textus versionem, probatur ex his quæ Aristot. tradidit de Leone principio huius operis: Cum inquit Leonis cervicem esse oblongam, crassitie mediocrem; magnanimitas est excelsi atq; inuicti animi magnitudo, & robur, atque firmitas ad res magnas gerendas. Hæc autem virtus debilibus non innascitur, sed robustis: robur autem corporis significatur mediocri crassitie & longitudine Cervicis, in quibus robur efformatricis, crassitie autem mediocri firmitas adiungatur est
necesso

necesso,
significa
magnan
ro ad L
racter
ne feroc
tione n

P

Quibu
lixa,
uos

No
tim
Colli o
quod et
tione n
non sat
vires su
ex im
mor.

P

Quibu
Insi
pos

VN

neceſſe, quo cordis mediocris quantitas ſignificatur, vt ſuperius oſtenſum eſt ad magnanimitatem neceſſaria, referri vero ad Leones apertum eſt ex colli characterē, & virtutis genere, licet in Leone ferocitas dicatur non virtus, quia ratione non regatur.

PROPOSITIO LXXIII.

Quibus cervix eſt prætenuis & prolixâ, timidi, referuntur ad Ceruos. *Text. Arist.*

SCHOLIA.

Notum quippe & apertum nobis eſt timorem ex frigore ac tenuitate Colli oboriri, ea videlicet de cauſa quod efformatrix facultas in generatione neruorum colli, & muſculorum non ſatis valida extiterit, vnde anima vires ſuas ponderans, debilis eſt effecta, ex imbecillitate autem naſcitur timor.

PROPOSITIO LXXIV.

Quibus cervix eſt breuiuſcula, ſunt Inſidiatores & referuntur ad Lupos. *Text. Arist.*

SCHOLIA.

Vnius animalis vna proprietas eſt,

est, omnes vero lupo attribuunt voracitatem, fame namque obsessum, terram vorare tradunt: Infidias autem, & astutiam vulpi, ut colligere est ex fabulis Æsopi, in quibus sæpe Lupus à vulpe delusus dicitur? suas quin enim astutias vnumquodque animal habet, quibus alios decipiat ad victus aut alterius rei commoditatem. Quare cum vorax sit, plures infidias animalibus reliquis parare facile existimaverim. Sed voracitas causa infidiarum. An qui Lupo ceruice est similis, sit etiam par moribus: si ad colli breuitatem voracitas sequitur, voraces quia multa vorant & bona obliuunt, ad edulia comparanda astutijs pleni sunt. Verum quæ similitudo colli breuis ad hepatis vastitatem, ex quo voracitas: An qui collo sunt breui, hepate magno existunt. Breuis ceruix crassa esse solet, quod enim detrahatur longitudini, latitudini adiungitur: Magnum autem iecur excedit latitudine, quare si proportio membrorum seruetur aliqua in corporibus, cum ceruix est, ut hepar latum sit, probabile videtur.

(.:.)

CA-

Quib
mi
cla
fent

CL
CP
cilitas
specie
lorum
que fac
nim est
Carnes
perspica
nima, q
sine

CAPUT XXII.

De claviculis, pectore, ac dorso.

PROPOSITIO LXXV.

Quibus claviculæ agiles sunt, acu- Text.
mine sensuum valent, nam cum Arist.
claviculæ facile solvantur, facile
sensuum species excipiunt.

SCHOLIA.

Claviculæ mouentur ad motum sca-
pularum siue Omoplatae, motus fa-
cilitas non nascitur ex articulationis
specie, siue modo: sed potius ex muscu-
lorum moderata mollitie, molle nam-
que facile, durum ægre mouetur, ea e-
nim est argumentum bonæ temperiei.
*Carnes vero molles sunt indicium ingenij
perspicacis ex Aristotele capite 9. lib. 2. de a-
nima, quod existere nullo modo potest
sine sensuum agilitate, Quocirca
agilitas clavicularum sig-
nificat sensuum
acumen.*

E

PRO.

PROPOSITIO LXXVI.

Text.
Arist.

Quibus claviculæ difficile commo-
uentur, animo sunt obtusi, cla-
uiculis namque difficilè commo-
tis, qui fieri potest, vt sensus in
percipiendis rebus sensibilibus
non intelligant.

Demonstratur ex contrarijs.

PROPOSITIO LXXVII.

Text.
Arist.

Quibuscunque scapulæ sunt latæ,
magnæ & distantes, liberales
sunt.

SCHOLIA.

Latæ scapulæ sunt propter latitudi-
nē partis superioris pectoris, costa-
rum scilicet primarum quæ veræ dicun-
tur: tum etiam ob longitudinem clavi-
cularum: quo enim claviculæ longio-
res existunt, eo Omoplatae distant ma-
gis, vnde latitudo scapularum pendet:
magnæ autem sunt musculorum cras-
sitie, hæc autem robur efformatricis
ostendunt, & animosæ facultatis, quæ
residet in pectore, vim, tum mo-
tricis voluntariæ ob musculorum ro-
bur: tales autem cum viribus polle-
ant corporis, fortunæ bona contem-
nant.

nunt Nemo enim est auarus naturali-
ter, nisi parum fidat suis viribus, cum
enim intra se non habeat, cui fidere
possit, externum omni studio auxili-
um peruestigat: A contrarijs ergo
qui suis fident viribus, in se omnia po-
sita putat, quo circa dat liberaliter sua.
Conueniens autem arbitratur esse Ari-
stoteles vt Largus scapulis, largiter sua
bona amicis eroget.

PROPOSITIO LXXVIII.

Quibus vero strictæ & contractæ *Text.*
scapulæ, illiberales. *Hæc propo. Arist.*
sitio à contrarijs probatur.

PROPOSITIO LXXIX.

Quibus dorsum magnum est, at- *Text.*
que robustum animæ vim va *Arist.*
lidam obtinent, & referuntur ad
mares, qui vero dorsum habent
angustum, simul & imbecillum
molles sunt, ac effæminati.

SCHOLIA.

DOrsi nomine Philosophus intel-
ligit spinalem medullam totam
cum musculis illi adhærentibus. In

Græco namque legitur τὸ ὑἄτρον quod cum amplam, & firmam significant ossium in ea parte consistentium, & musculorum magnitudinem, quæ demonstrant naturæ efformantis robur & materiæ laudabilem consistentiam, ex quibus robur illius partis delegitur, in illis vero partibus maxime robur corporis consistit: siue enim onera magna sint gestanda, hac parte geruntur, siue aliqua sint trahenda, siue brachiorum, crurum & tibiæ pendet robur. Pro animæ ergo vi intelligit motiuam facultatem, in qua fortitudo corporis sita est.

PROPOSITIO LXXX.

Text.
Arist.

Quicumque Metaphrenum habent magnum, & carnosum, optimeque compactum, robustissimam possident animæ vim.

SCHOLIA.

IN Græco legitur Methaphrenon, quod Anatomicis designat eam partem spinalis medullæ, quæ à collo pertingit ad lumbos, constituitque partem posteriorem Thoracis, eam Latini dorsum proprie appellarunt: diuidunt namque totam spinam in quatuor partes, nimirum in cervicem, dorsum, lumbos,

bos, &
vitale
pectu
copia
facult

P
Quib
nu
qu
su

M
aut e
Veru
Arist
lè,
phre
sunt
pho
enir
les
firm
tion
ris a
nie
sun
tæ,
spl

bos, & os sacrum. Animæ vim intelligit vitalem & animosam: tales enim habent pectus magnum & bene compactum, à copia caloris & spirituum, à quâ robur facultatis vitalis.

PROPOSITIO LXXXI.

Quibuscunque autem Metaphre- *Text.*
num curuum est valde, musculi- *Arist.*
que ad pectus coacti, mali moris
sunt.

SCHOLIA.

Metaphrenum potest incuruari
introrsum & lordosim parere,
aut extrorsum & euphosim producere:
Verum dispositio musculorum quæ ab
Aristotele describitur demonstrat faci-
lè, in quam partem incuruetur Meta-
phrenum, cum enim musculi ad pectus
sunt contracti, extrorsum inflecti & Cu-
phosim generari est necesse. Antrorsum
enim illa inclinatio musculos pectora-
les ad pectus cogit. Id etiam potest con-
firmari ex postrema particula proposi-
tionis, cum inquit, quia in parte pecto-
ris antica non apparent ea quæ conue-
nienter & decenter aspiciuntur, quales
sunt mammæ ornamento hominibus da-
tæ, pectoris elatio venusta, quæ facit ad
splendorem gestus: Tales homines ma-

le moratos pronuntiat: mali autem mores, cum diuersorum sint generum, nascuntur namque ex vitijs diuersis, de quo intelligat, dubium est. Qui ita sunt constituti, cum habeant pectus male compactum, debiles sunt & fæminei, ex superiori Theoremate: cum autem homo est debilis, nititur nihilominus celare impotentiam, quam ob causam præstare contendit astutia & vafricie quod viribus nequit. Dolos ergo cogitat tota die, quibus alios decipiat, astuti vero dissimulatores fraudulentis. Quamobrè ingeniosi existimantur ab ignaris, subinde hoc proferentes Prouerbum *Is viget ingenio cui vim natura negauit*. Quo enim minus viribus possunt, astutiam sibi comparant & fraudem. Omnes Giberi aut per Cuphosim aut Lordosim pleni sunt astutijs. Quod Lutetiæ Parisiorum in quodã Barone à se expertum esse fatetur P. m. p. m. Hermanus Follinus.

PROPOSITIO LXXXII.

*Text
Arist.*

Quicumque autem Metaphrenum eminens habent, gloriosi, & non intelligentes, referuntur ad Equos.

SCHOLIA.

Pectus eminens altitudinem eius ostendit. A Porta illud expressit figura erecta

erecta
pretat
hoc est
ter ab
Arist.
Super
Dei est
citur
confi
opini
corp
mosa
appe
emir
Ergo
telli
perli
sunt
enir
tudo
ter i
post
ab a
rer
esse
erg
tal
ab
a

erecta Pauonis & Galli: videtque interpretationem Suesſani commentario in hoc effatum. Pauoni autem attribuit inter alites, tum intellectum, tum gloriam. Arist. de superbia & stultitia loquitur. *Superbia ex D. Augustino 14. de Ciuitate Dei est peruersa celsitudinis appetitus.* Is nascitur ex imaginatione celsitudinis, quæ consistit in virium corporis aut animi opinione grandi vera vel falsa. Vires corporis potissimum consistunt in animosa facultate quam Medici vitalem appellant At qui Metaphrenum habent eminent, pollent illa maxime facultate: Ergo superbi natura sunt: non autem intelligentes: an stulti disquirendum? superbia efficit, vt homo expetat ea, quæ sunt contra rationem humanam: Nulla enim in homine, quatenus homo, celsitudo, cum in eo omnia sint caduca, præter intellectum qui informis sua natura postulat disciplinis excoli, quas recipit ab alijs. Postremus est in ordine earum rerum, quæ intelligunt: Humilis ergo esse debet, & non superbus. Ab Aristot. ergo non intelligentem vocari existimo talem hominem quia à rationis tramite aberat longissime. Refertur autem ad Equos, quia animosi sint, & elati, vnde dictus est Equus generosus,

PROPOSITIO LXXXIII.

Text. Qui Metaphrenum mediocriter
Arist. constitutum habent, sunt bene
nati.

SCHOLIA.

CAusam huius Theorematis nullam
aliam adducit Philosophus nisi
quod virtus in mediocritate consistat.

CAPUT XXIII.

De Lateribus, Lumbis, & ventre.

PROPOSITIO LXXXIV.

Text. Qui circa lumbos sunt egregiè com-
Arist. pacti, maxime venatione oble-
ctantur, quod refertur ad Leo-
nes & Canes.

SCHOLIA.

Licet enim (inquit Philosophus) id
videre ex canibus, qui potissimum
infectantur bestias, eos maxime lumbos
crassos habere & bene compactos. Ve-
natio autem est ferarum inquisitio, &
persequutio capiendi causa, quod cum
speciem victoriæ referat, aliquid cum
bello simile retinet, Venatio ex Aristo-
tele in Politic. *miram adfert viris belli-
cosis oblectationem: Bellicosi vero for-
tes*

tes &
maxim
go, vt
firmo
venat
plecti
quæ o
sacro

Quib
an
m

N
Nan
pia, i
vero
gues
nosu
culo
mile
los o
f

tes & robusti, robur corporis apparet maxime in lumborum firmitate: fit ergo, ut qui lumbos optime compactos, & firmos possident, oblectentur maxime venatione: lumborum autem regio cōplectitur eam partem spinalis medullæ, quæ quinque vertebra inferioribus ossi sacro proximis constat.

PROPOSITIO LXXXV.

Quibus venter obesus est, iidem etiam sunt fortes, & referuntur ad Arist. masculos. *Text. Arist.*

SCHOLIA.

NON obesus sed crassus vertendum, ut bene idiomate Belgico effertur. Nam obesi dicuntur a pinguedinis copia, in quibus mollities corporis: Crassi vero ventre possunt esse carnosissimi aut pingues: Crassus venter debet intelligi carnosus, & firmus propter lacertos, & musculos abdominis firmiores, quibus similes reliquos uniuersi corporis musculos concludendum est: Lacertosi autem fortes copia sanguinis, moderatè calidi & spirituum.

E s PRO-

PROPOSITIO LXXXVI.

Text. Qui regionem, quæ inter umbilicum septumque transuersum interiacet, maiorem habent ea quæ inter collum septumque transuersum vallatur, edaces sunt atque stupidi.

Arist.

SCHOLIA.

OMNES partes corporis perfecte elaborati proportionē aliquā inter se habent, cum enim aliæ alijs seruiāt subministrando facultatem aut materiā, certa debet præfiniri earum quantitas, vt tantum & tale opus reliquis, & sibi necessarium producant, si maiores extiterint, plus materiæ conficiunt quam sit necessarium, vnde humoris maior copia, quæ corpori est noxia, impediens operationes aut per se, aut per accidens. Ratio autem exactè efformati corporis est, vt tanta sit ab umbilico ad septum transuersum distantia, quanta est à collo vsque ad septum transuersum: si ergo maior sit distantia ab umbilico ad septum transuersum, reliqua iam dicta parte, argumento est ventriculum, qui in ea continetur, magnitudine superare in proportionē reliqua membra corporis: ac
maior

maior
ficit.
tuti,
alim
fit ne
das,
in du
nam
calo
tem
quo
Nos
mus
quo
est in
Xipl
ven
bilic
testi
testi
est c
tas
qui
ex d
ne
v

maior ventriculus plura appetit & conficit. Quocirca qui eo modo sunt constituti, edaces existunt: & quia cum plus alimenti conficitur in ventriculo quam sit necesse ad partes corporis nutriendas, superfluum sit est necesse: parit ergo in ductibus obstructions: Item magnam vaporum copiam à qua spiritus, & calor innatus consopiantur. *Aristot.* autem organa sensus constituit circa Cor, quod ventriculo satis propinquum est. Nos autem assentientes in cerebro locamus, ut ratio Anatomica docet. Verum quo pacto ex longitudine eius loci, qui est intra umbilicum, & Cartilaginem Xiphoidem, conijcimus magnitudinem ventriculi, cum nulla sit pars iuxta umbilicum, quæ separet ventriculum ab intestinis, supraque umbilicum colum intestinum sit locatum. Certè quo maior est capacitas ventris, & partes contentas maiores existere est necessarium: atqui ventriculus ibi continetur, ergo cū ex distantia maiore umbilici à cartilagine Xiphoidem maior colligatur capacitas ventris inferioris: oportet in his maiorem reperire ventriculum.

PROPOSITIO LXXXVII.

*Text.
Arist.*

Qui robustis muniuntur, latebris, plurimum valent animæ facultatibus: quod ad masculos refertur, qui vero languidis ac imbecillis, languidam habent animæ vim: quod ad fæminas est referendum.

SCHOLIA.

EAdem est ratio & demonstratio huius effati, quæ illius de dorso robusto: hoc autem robur maxime requiritur in Oratore perfecto, ad gestus edendos, & ad vocis prolationem perfectam: Tales enim cum amplo sint pectore, respirationem liberam & amplam obtinent, quæ voci edendæ est apprime necessaria.

PROPOSITIO LXXXVIII.

Quicumque costarum latera habent prætumida ac tanquam inflata, impense loquaces sunt, atque vaniloqui, quod ad boues vel ranas referuntur.

SCHOLIA.

Doctiss.

COcles in sua Physiognomia ducit rationem huius propositi ex similitudine

dine
mar
fimi
ius,
ribu
stote
phi
anim
mor
ratio
tum
lace
cras
quit
te re
tion
mul
spir
van
nar
aur
sole

D

Q

dine quam retinet hæc hominis conformationis, cum ranis & bobus: Verum quæ similia sunt conformatione partis alicuius, non sunt tamen semper similia moribus, licet multa argumenta sumat Aristoteles ex similitudine figuræ: Philosophi est rationem reddere, quare in his animalibus eo modo efformatis tales mores conspiciantur. Ineamus ergo nos ratiocinationem hoc modo: Latera illis tument ob costarum amplitudinem & lacertorum respirationi inferuentium crassitiem quibus positus, necessario sequitur hæc animalia respirandi facultate robusta esse prædita, quæ dat inclinationem ad loquacitatem, cum locutio multa non perficiatur, nisi à robusta respirandi facultate: loquaces enim sunt vaniloqui, & mendaces. In multiloquio namque non deest mendacium: Confert autem cum ranis quæ multum coaxare solent.

CAPUT XXIV.

*De Femoribus, Natibus, Genubus, tibijs
ac pedibus.*

PROPOSITIO LXXXIX.

Qui femora ossea simul & nervosa
fortiuntur, robusti, quod ad masculorum pertinet genus.

*Text.
Arist.*

E 7

SCHO-

SCHOLIA.

Ossa femora & nervosa denotant caloris & efformantis robur.

PROPOSITIO LXXX.

Text.
Arist. Qui femora habent proluxa, atque corpulenta, admodum molles sunt, nam & id ad fæminarum refertur ordinem.

SCHOLIA.

Femora illa referri ad fæminas probabile non est, quibus nates, & femora crassa fuere concessa. de moribus ergo intelligendum, non de characteribus: Proluxitas autem illa cum macie, siue ossium abundantia, debilitatem formatricis, tum etiam nutricis potestatis, ostendit, unde mores fæminei & mollities.

PROPOSITIO LXXXI.

Text.
Arist. Qui nates habent prominutas, atque ossulentas robusti. Facilis est explicatio ex superioribus.

PROPOSITIO LXXXII.

Text.
Arist. Qui carnosum podicem habent, molles.

SOHO

SCHOLIA.

Carnis abundantia arguit sanguinis copiam, proindeque humoris, a quâ caloris per suffocationem debilitas, proindeque segnities.

PROPOSITIO LXXXIII.

Qui paucam admodum habent carnem, eandemque veluti ossibus concidentem, astuti & callidi sunt, & referuntur ad simias. *Text. Arist.*

SCHOLIA.

Carnis paucitas sanguinis penuriam arguit, quæ à calore sicco humidum dissipante, & exhauriente nascitur, tales ergo existunt calidi & sicci, vehementer biliosi, & atrabilarij, debiles ergo. Astutia vero illos necessario comitatur. Quo enim minus viribus possunt, astutiam sibi comparant, ad necessaria conquirenda, simia autem quam sit astuta, omnes norunt.

PROPOSITIO LXXXIV.

Qui genua sortiuntur plana, Cynædi sunt; atque id etiam ad decentem venustatem refertur. *Text. Arist.*

SCHO-

Latini per Cynædos intelligunt ve-
liam expositum est, muliebria patien-
tes, genua autem plana ex rotulæ plani-
tie fiunt. Non est plana in omnibus, sed
leuiter extuberans: Extuberatio illa de-
primi potest in puerilis frequenti rotulæ
applicatione ad rem duram & planam:
vel si natura tales efficiat, rotula aptos
significat ad incumbendum. Cynædi ve-
ro nefariè incumbunt, aut pronantur.
Est ergo decens conuenientia.

PROPOSITIO LXXXV.

Text.
Arist.

Qui manus, pedes, ac vniuersum
corporis habitum velociter mo-
uent, sunt ingeniosi, tarditas qui-
dem imbecillitatem ingenij: cele-
ritas autem miram quandam ha-
bilitatem nobis declarat.

SCHOLIA.

Ingenij habilitas consistit, in bene &
promptè intelligendo: intellectio ve-
ro nostra versatur in discursu: discurret
vero intellectus, quando ab vno cogni-
to ad aliud, quod est incognitum sese
confert, vt illud agnoscat: in quo est o-
pus inuentione mediij, & copulatione il-
lius cum extremis propositionis, cuius
veri-

verita
sus, ve
longo
nomo
princi
teles e
ris, ing
tate e
tur ex
culi, in
ritus a
lerite
In his
Anim
mem
ritus
cultat
illud
spirit
ratio
calidi
ditas
nitio

Pl
Qui
n
ru
Pl
co

veritas inuestigatur. ille autem discursus, vel sit paruo momento temporis, aut longo, qui cognoscendi sunt à Physiognomo per corporis dispositiones, vt in principio expositum fuit. Quare Aristoteles ex tarditate motionis ipsius corporis, ingenij tarditatem colligit, ex agilitate eius habilitatem, cuius ratio petitur ex instrumentis motus, qui sunt musculi, in quibus continentur neruus & spiritus animalis per eum delatus, qui in celeriter mouentibus calidus est & agilis: In his qui tardè progrediuntur remissus. Anima vult inuenire medium, quod memoriæ impressum est, illa mouet spiritus in loco memoriæ existentibus, facultate eadem comparat & coniungit illud cum extremis, quo ergo facilius spiritus mouentur, eo citius intellectus ratiocinatur, facilius autem mouentur calidi, quam remissi, velocitas, aut tarditas sunt spirituum, qui mouentur, cognitio animæ.

PROPOSITIO LXXXVI.

Qui tibias plusquam rationi conueniat, habent prolixas, & quasi parum disruptas, deliri sunt, ac impudentes, id autem ad decentem conuenientiam refertur.

Text.
Arist.

SCHO-

Prolixitas tibiæ excedens dici nullo alio pacto potest, quam relatione facta ad reliquas corporis partes, cum quibus si conferantur, proportionem à natura constitutam non retinent; hoc autem iudicatur ex communi iudicio, aut mensurâ adhibita ex regulis proportionis partium, quam pictores callere debent, ad hominum effigies perfecte referendas, de quibus Albertus Duretus. Certè omnis partium corporis disproportionio conformatricis in agendo, & materiæ inæqualitatem declarat, proindeque instrumenti, subseruientis conformationi: in moribus ergo inæqualitatem adesse conijci potest, quæ delirans potest dici; Nam deliri, modo hoc modo illud incomptè, & sine ratione efficiunt, in quo inæqualitas inest, neque tantum ex ea disproportionione colligendum delirium. Sed etiam ex eo quod tibiæ sint disruptæ, quæ altera inæqualitas est censenda: Deliri vero impudentes sunt: cum enim in perpetuo mentis honore versentur, honoris & pudoris nullam habent rationem, hoc autem argumentum refert Aristoteles ad decentem conuenientiam, quod ita conuenienter colligi possit.

PRO-

PR
Qui t
uo

Tib
nu
ris. I
Atrop
neruo
dissip
se præ
tio au
cum
nerui
calor
titilla
creati
Tales
tibiæ
que a
refert
bricit
d

PROPOSITIO LXXXVII.

Qui tibias habent prætenues, ner-
uosas tamen, lasciui sunt. *Text.*
Arist.

SCHOLIA.

Tibias prætenues fiunt aut priuatione
nutritionis, aut dissipatione humo-
ris. Priuationi nutrimenti succedit
Atrophia, & tandem vitæ extinctio; at
neruosas dixit, id est, robustas. quare à
dissipatione potius humiditatis eas ef-
se prætenues existimandum est: dissipa-
tio autem illa à calore vehementiori
cum robore facultatis animalis, quæ
neruis robur subministrat. hic autem
calor acer & mordax parit libidinem
titillando partes, quæ sunt dicatæ pro-
creationi, vnde luxuria ortum ducit:
Tales homines possunt referri ad aues
tiliarum similitudine: habent nam-
que aues tibias graciles & neruosas:
refertur autem ad hircos, quorum lu-
bricitas omnibus est perspecta. Quare
doctè à *Porta* cum hircinis &
auicularibus comparan-
das censet.

PRO.

PROPOSITIO LXXXVIII.

Text. Imprudentes sunt, quibus pedum di-
Arist. giti sunt curuati.

SCHOLIA.

Curuatura digitorum pedis à siccitate pendet: nam quo exsiccantur, incuruantur, quod comprimantur partes siccatae trahantque aliae alias inaequaliter, quod siccitas in omnibus partibus peraeque non dominetur. Incuruantur itaque eo pacto in Podagra ab humore exsiccante digiti manuum, & pedum. Calor autem & siccitas audaciae causam esse probauimus in superioribus: Audaces autem sunt impudentes. Vera ergo est propositio.

PROPOSITIO LXXXIX.

Text. Quibus ungues adunci sunt, impu-
Arist. dentes, & eandem quoque naturam participant cum auibus aduncos ungues habentibus.

SCHOLIA.

Vngues recurvantur siccitate, ut reliquae partes, siccitas autem quae causa est curuitatis unguium maior est quam reliquarum partium, audaciam ergo talem inducit, ut ad ferocitatem rapacium animalium accedat.

PRO-

PROPOSITIO C.

Quibus sunt digiti pedum cohæ-
rentes, & coniuncti, timidi sunt,
& referuntur ad aues quæ in pa-
ludibus versantur.

Text.
Arist.

SCHOLIA.

HÆc propositio in omnibus versionibus deprauata est. Lacuna vertit Coturnices: at illæ in paludibus non degunt. *Argiopilus ortygas*, quæ significant coturnices. Doctius *Baptista à Porta*, qui loco *ορνυθας* reposuit *ορνυθας* aues gregales. frigidi vero, timidi sunt iudicati. Hæ autem habent pedes membranâ coniunctos, quod nulli hominum contingit, nisi monstrosis. Quocirca à *Porta* (vt patet in figura picta cap. 48. lib. 2. suæ *Physiogn.* non intelligit cohæ- rere digitos pedum ad extremum vsque, sed in principio diuisionis quod certè in pluribus conspicitur. Inquit enim in multis amicis obseruauit digitos, in quibus intercepta membrana ferè, vsque ad primos articulos occuparet, & timidissimos deprehendi, nullam autem reddidit rationem huius effectus: quæ tamen facilis est: cum enim in illis propter humiditatis copiam subnascatur illa pellicula

cula connectens pedum digitos: significatur caloris penuria, humoris enim copia calorem imminuit, frigidi vero timidi sunt iudicati.

PROPOSITIO CI.

Text. Qui vero habent pedes exiguos,
Arist. angustos ac dissolutos, ad hæc nisi iucundiores quam robustiores, animæ mollitie laborant, nec mirum, si ad fæminarum referantur genus.

SCHOLIA.

Illanamque signa significant debilitatem caloris innati & spirituum, à qua mollities & debilitas, quæ mulierum propria est.

SUBSEQVUNTUR IAM
QVAEDAM SIGNA COMPLEXA
morum naturalium
Hominis.

IDEA Hominis fortis.

Text. Signa animalis fortis sunt pilorum as-
Arist. peritas, corporis erecta figura, ossa & costæ, sicuti etiam extrema corporis membra robusta, simul & magna, venter latus atque succinctus, scapulæ etiam la-

tæ

tæ a se inuicem separata, ita vt nec admodum sint colligata, nec plusquam rationi conueniat, sint dirempta. Ceruix robusta, nec impensè carnosæ, pectus latum & corpulentum, optima coxarum compactio, surarum muscoli ad inferiora depulsi, formidabiles oculi, nec admodum corrugati, nec omnino expansi, vel explicati, squalidior ipsius corporis color, frons eminens, atque erecta, non tamen magnitudine prodigiosa, coxæ nec admodum lenes, nec omnino rugosæ.

IDEA Hominis timidi.

Signa timidi sunt, lenitudo pilorum, eorundem ad corporis cutim concidentia, atque in crescendo tarditas incredibilis, suræ ad superiora reuulsæ, faciei color suppallidus, languidi oculi ac frequentissimè coniuentes, languidæ etiam extremæ corporis partes. Exigua crura, manus tenues atque prolixæ. Lumbi etiam parui, atque imbecilli: cæterum figura in motionibus agilis. Quod autem ad mores spectat timidus malus non est, licet socordia ac stupore laboret. Est illi vultus inconstans, atque præse fert tristitiam.

IDEA

IDEA Boni Hominis.

BOnam indolem nobis ostendunt caro humidiuscula, teneriusculaque, sed parum robusta, obesa autem non nimis, quæ vero pertinent ad scapulas, faciem atque etiam cervicem macilentiora. Scapulæ colligatæ, atque ad inferiora demissæ, costæ solutu faciles, dorsum minime corpulentum, color ex rubedine atque candore conflatus, corpus sycerum, tenuis cuticula, pili admodum asperi: cæterum non valde nigri, oculi valde gratiosi, cæterum humidiusculi.

IDEA Hominis stupidi.

Signa hominis stupidi & insensati sunt cervix & crura impedio corpulentiora, vicinisq; partibus colligata, patella rotunda: scapulæ ad superiora retractæ, frons vasta, globosa, ac plurima carne operta. Virides oculi ad videndumque ineptissimi, tibiæ circa malleolos crassæ, carnosæ, atque rotundæ, maxillæ magnæ & carnosæ, lumbi impensè corpulenti, crura proluxa, crassa cervix, carnosæ facies, ac satis oblonga, verumtamen motus corporis ac habitum, præterea uniuersos faciei gestus scapulas retorquet stupidus.

IDEA

IDEA Impudentis hominis.

Hominis impudentiam declarant expansi simul & splendidi oculi, palpebræ rubicundæ & corpulentæ. Non magni momenti gibbositas scapulae ad superiora reuulsæ, figura non recta sed paulo ad interiora procliuior: in motionibus agilitas magna, corpus rutilum subsanguineusque color, facies rotunda, ac denique pectus reuulsum.

IDEA Modesti Hominis.

Qui vero modestus est, idem in motionibus tardus, ad disputationes aptissimus, cuius vox tarda est, sed spiritu plena, facilis, atque blanda. Oculi illis sunt nigri, nec admodum adaperiti, nec coniucentes omnino, sed tardè admodum conidentes. Etenim oculorum qui celerrime occluduntur, hi quidem timiditatem: illi vero summam audaciam significant.

IDEA Iucundi Hominis.

Hominem iucundum declarant frons magnitudine procerosa, æqualis & corpulenta, depressi oculi, somnolenta facies, nec admodum explicata, nec cogitabunda. At in corporis motu tardus sit oportet, atque remissus; in figura vero ac gestibus minime
F
celer,

celer, sed semper modestus videatur. Porro facies rugosa, ac macilenta, præterea distorti oculi, atque reuulsi duo nobis significant. Illud quidem molle ac effæminatum, hoc vero sollicitum ac triste. Tale autem sortitur homo, qui forma quidem humili est, in motu autem remissus.

IDEA Hominis iracundi.

IRacundus colore rutilo est tinctus, cui scapulæ magnæ sunt, latæ, aliquoque interuallo distinctæ, extremæ autem corporis partes, magnæ atque robustæ. Cæterum circa pectus & pubem est lenis, mento autem barbatus, atque etiam floridus, ambitum vero capillorum ad inferna habet demissum.

IDEA Mansueti hominis.

Mansuetus ingenio fortis est, & corpulentus, humida atque copiosa carne redundans, procerosa tamen, nec immoderata præditus magnitudine verû figura corporis resupina. At capillorum cæsaries mansueto reuulsa est.

. Haftenus Aristo. lib. de Physiognomia.

Subsequuntur nunc mores & temperamenta variarum nationum, quæ ex nostro consilio hoc loco adiungenda

gen
diuc
inst
cogn
time
anin

T
re re
ceat
equ
fidia
mita
exu
mod
nuit
Lon
pler
uinc
Sed
quan
tibu
laxa
ctor
dole
liuif
am
am
tia

genda esse duximus vt quilibet ex genio diuersarum gentium possit animum ita instituere, *vt diuersus sit cum diuersis, & cognoscat quid à quaque expectandum aut timendum* vt inquit Euphormio in Ico. anim.

Mores Gallorum.

Idem

TOti populo ingens amor & patientia^{lib. 6.} dominantis. Apud illos vere regnatur, nefasque quantum Regi liceat dubitare. Gens armis strenua, sed equestri certamine melior, ignara perfidiæ, publico præsertim consilio: indomitæ intra se molis; vt vbi in exteros exundat, statim impetus sui oblita: eo modo nec diu externum imperium tenuit, & sola est in exitium sui potens. Longobardiam, Neapolim, Siciliam, & plerasque alias per orbem terrarum provincias frequentibus victorijs subegere. Sed mox hostes male domitos fidentius quam par erat contemnere, aut simulantibus obsequium credere, inconsult laxaque bonitate. Tum licenter vti victoria, & præter illarum gentium indolem lasciuire: Ad extremum obliuisci armorum, aut ad patriam suam respicere, cuius diu absentiam ferre non possunt. Per hæc vitia cessere in prædam his ipsis de

quibus triumphabant, læta bellorum ini-
tia atroci exitu corrumpentes.

Nullis mortalibus indoles ad speciem
virilis elegantiaë magis factæ. Oris in-
trepidi habitus motusque, atque gestus,
qui totum corpus decent. Et hic decor
virtutem ingentium virorum adornat,
exiguus autem animis pro fuco est, ac
veluti naturali munimento, quo suam
humilitatem abscondant, aut mitigent.
Sic venuste compositi qualemcunque
vestitum de suæ mutationis infinita se-
rie, tanquam de inexhausta penu de-
prompserint, quocunque salutationis
artificio corpus inflectant, putes nihil
magis illa institutione conuenire. Vici-
næ autem gentes ridiculo errore decep-
tæ, ad illorum quoque mores, per ea-
rundem vestium ac motuum variam
imitationem putant accedere, ignaræ,
leporis, & gratiaë virtute in nonnullis
hominibus vno genio cuncta placere, in
alijs autem, in quibus naturali ad hos
mutabiles habitus propitia non est, eius-
dem venustatis imitationem & curam,
ingratam ac ludicram esse. Nam virtu-
tes & vitia, & quicunque alij motus ip-
sis animi recessibus inhærent, possunt à
nobis non multum operosa simulatione
effingi, quia adeo ingentibus latebris
reconduntur nostri sensus, vt vix vllus
depre-

depre-
affe-
tate
tate
ani-
obse-
nem-
non-
pro-
hila-
que
ore
suet-
lius
us ge-
rit.
C
tias h
man-
se om-
at. An
æstin-
regio
nis,
simpl-
ros v-
mirat-
ri, &
habet
etiam
qui G

deprehendat, veris an extemporaneis affectibus deducamur. Sic facile humilitatem simulabis, sic odium, amorē, pietatem. At vero quæ non magis imperio animi, quam usu, & externo corporis obsequio perficiuntur, eodem imaginem in te transferre, reluctante natura non poterit, ut est aptitudo corporis prompto habilique decore idonea, ut hilaris iocandi facilitas, & omnino eloquentia non in præcordijs, sed summo ore nata. Hæc autem cum in Gallica consuetudine emineant, ægerrime te ad illius similitudinem transferes, nisi se tuus genius huic indoli sponte admouerit.

Cæterum nunquam orbis dignas gratias hospitali Galliæ habebit, quæ humanitatis templum videtur aperire, quo se omnium externorum fortuna conijciat. Animum in hominibus, non patriam æstimat. Neque communi cæterarum regionum errore, in inquilinis, ac aduenis, nascendi sortem punit. Ita candido simplici que amore virtutis, eximios viros vnde quaque prodierint, sine invidia miratur, & sua opulentia, gaudet augeri, & in tantæ humanitatis præmium habet publicam primum laudem, tum etiam tot hospitem fortunam, ac famam, qui Gallico corpori, non indigna, aut in-

utili adoptione inserti sunt. Neque illic hospitibus dediscendi sunt patriæ suæ mores, aut ad gallicam similitudinem flectendi, dum superbia absit, aut inculta barbaries. Quippe ipsa veluti professione exteri moris, sollicitabis curiosæ gentis studia, simplicius peregrina, quam sua æstimantis, etiam quædam vitæ aut corporis vitia, si modo aliunde aduehantur, trahentis, in laudem. Nam & peregrini hominis Eloquentiam vidimus crebro linguæ errore fauorem meruisse, & grandis opinionem scientiæ, quod non intelligeretur.

Plebis in amplioris fortunæ homines vera, nec ex metu, aut sola institutione reuerentia: Rursus primi optimatum eodem genio culti ab illis quia gratia aut genere perinde non excellunt. Sed superbiam, fastumque non ferunt. Si videris dominari, seruire erubescunt. Comitatus, quæ frontis artificio, luminumque clementer vibrantium, vel per sermonum familiaritatem blanditur fidelius purpuratorum latus clientibus cinget, quam potentia magnitudo. Opes omnes, & ipse vilior honoribus sanguis. Præcipue patriciorum spiritus in suum aut patriæ damnum

num sæpissime excrescunt, dum nemini eorum mercaturæ, aut artificiorum utilissimam disciplinam capeflere ipsa inopix experientia persuadet.

Aemulari præpostero ambitu magnitudinem placet auorum, & sædari gentilitium sanguinem putant, si populum viuendi consuetudine accesserint. Ita vanum nobilitatis nomen, & magnifici otij improba species ad patientiam tristium curarum sufficit, & in sola exeuntium morte. Et hæc animorum celsitudo, quamuis sibi placeat, adeoque ab omnis generis sordibus videatur abire, tamen interdum pene necessarijs facinoribus corrumpitur, in miserorum penatum angustijs turbulentam industriam exercens, vt vel publica violentia, vel arcanis celeribus inopix squallorem repellat.

Mercatura illic vilior quam tantæ utilitatis rem esse deceret, & quæ prima humanitatem Orbem circumduxit. Solon quidem, qui Athenis leges condidit, & plerique Græcorum, vsque ad nos fama durantium, illo commercio suas res tulerunt ad exteros, vicissimque fecerunt vt exotica sui ciues viderent. Nec abhorret ab hoc more Italia, in

illustribus familijs opes eadem industria late componens. Britannia quoque sanguinis claritatem illo vitæ genere fædari non putat. At in Gallijs hanc mutuæ utilitatis rationem non modo stirpes antiquæ aspernantur, sed & quasi mercatores sui puderet, vbi illis largius fortuna indulfit, statim in aliam disciplinam filios suos agunt, iubentque maiorem paterno fastigio scenam spectare.

Et quidem magnitudinem Gallicorum animorum nullibi efficacius videas quam in ambitu Magistratuum, à quibus peruicax licitatio iam diu egentium virtutes exclusit. Exhaustas familias, nomina facere, rem fidemque consumere, decorum, dum inter æquales emineas vel sterili dignitate, vel precio furtiuorum munerum patrimonij ruinam reparante. Nec dubium quin illa libido titulorum, nisi ipsa se frangat, curias, tribunalia, præfecturas, tandem sit viliori sanguine, augustisque animis maculatura.

Mores Anglorum.

Idem.

TAm spontanea fælicitas, securum & opulentum vulgus non modico tumore sustollit, vt neque pro consuetudine cæterarum regionum timida humanitas,

nitas, & Patriciorum dignitatem reue-
 rita, mitiget mores plebis, & plerumque
 rudiora artificia, tot diuitiarum tantiq;
 ocij, crimen fiant. Nam artem aliquam
 professuri, septem annis, vt plurimum,
 tyrocinia deponunt: vbi vero peractis
 rudimentis in collegium artificum ad-
 optantur, quasi laboribus exempti, sub
 se alios tyrones asciscunt, edoctosque
 breuiter in officinis prostituunt: Tunc
 ipsi non solemnes modo dies, sed & fa-
 stos (quis credat?) si sudum est, vario
 ludo in proximis campis exercent: no-
 biles in diuersorijs oblectant, prorsus
 vt artificia impolitius habeant, quippe
 discipulorum peritiæ credita, & eorum
 redemptores contumacius vrgeantur
 ad pretium quo & tyronum labor, & de-
 sidia magistri ali possit. Diligenstamen
 nonnullarum operarum industria, ex-
 actis artificijs eminens, precium per or-
 bem merentibus, satis prodit, in ea regi-
 one eiusmodi studia non stipatis cæli vi-
 tio animis, sed nimia fælicitate labora-
 re. Vt enim ad extimulanda ingenia, ar-
 tesque fouendas, nimis cruda aut auara
 imperia nihili uuant, depressis populi
 mentibus, & desperatione solutis; ita
 fortuna lasciuiens, laborique hauda-
 liter quam per ludum intenta, plebis
 solertiam non attollit ad exactam ar-

tium curam. Nullibi in tam ingenti regno vectigal: non in vrbibus, pontium-ue discriminibus, publicanorum stationes: præterquam ijs locis, vnde naues in exteris plagas soluunt (nam importatas merces, aut quæ inde exportantur, profiteri apud eos necesse est, qui à Rege portorium conduxerunt.) sed nec plebis superbia acerbior peregrinis quam in patricos suæ gentis exerta est, qui opulentiam suæ patriæ luunt rusticorum fastidio seipfos pene primis ordinibus stirpibusque æquantium, & indignationis suæ tam pretiosam causam odisse interdum non verentur. Summa tamen apud omnes nobilitatis reuerentia: quam intra breuem eorum numerum æstimant, quos Dominos vocant. Hi sunt Duces, Marchiones, Comites, & Barones, Ducum & Marchionum omnes liberi, ex Comitum filijs maior natu. Illis quoque Episcopos maiorum pietas adiunxit. Apud hos proceres ad omnia obsequia descendere non indignum, & ipse vel vt in terram positos contemplantis suum fastigium non ignorant. Nec illæ dignitates emptionis commercio producuntur in vulgus, nummorumque fortunam: sed successionis serie transeunt in hæredem vel beneficio Regis noui quoque Optimates in hos gradus adoptan-

tur.

tur. l
mul
tiosc
con
pare
coru
qua
iudi
Sed
crim
Rem
quu
torn
ges
An
in se
fos,
mos
aut
gina
rum
nis
pul
aliu
tum
in c
præ
sæp
Nā
lata
elaf

tur. Et ne hoc inane ; existimes decus :
 multa publice constituta tam ambi-
 tioso nomini reuerentiam cultumque
 conciliant. Si contigerit æri alieno im-
 pares esse , vrgentibus creditoribus in
 eorum corpora nullum ius esse potest :
 quanquam in Anglia debitores etiam in
 iudicium vocatos sæpe carcer accipiat.
 Sed hoc illustrius , quod maximorum
 criminum accusati , scilicet in ipsam
 Rempublicam inijsse consilia , de e-
 qualeo securi sint. Veritatem ab ijs
 tormenta posse exprimi noluere , qui le-
 ges condiderunt.

Anglis vt plurimum grauis animus , &
 in se velut ad consilium seductus , se ip-
 sos , & suæ gentis mores , ingenia , ani-
 mos , eximie mirantur : Dum salutant ,
 aut scribunt , descendere ad verba ima-
 ginariæ seruitutis quæ istorum seculo-
 rum blandicies inuenit , nisi forte exter-
 nis moribus imbuti , non sustinent. Po-
 pulus rei maritimæ studiosus , neque
 aliud tantæ Insulæ validius munimen-
 tum , quam tot nautarum sedulitas. Nec
 in castris quam nauibus peior miles ,
 præsertim si externo aeri assuevit , quos
 sæpe in expertos auidius Angli gustant.
 Nā hæc gulæ incōmoda à Britannia de-
 latis legiones nō semel absumpserūt , &
 classem Elisabethæ Reginae auspicijs

Lusitaniæ littoribus applicatam, cum Angli stragem hostium & vastitatem fecissent, nimius æstus, & suauitas pomorum, ac baccarum quas illa plaga habet, pene totam debellauit. Discrimina omnia, & adeo mortem, impetu plusquam iudicio spernūt: Et hinc vtilissimo militum dixeris, vbi ducum suorum cōfilio reguntur: sua autem sponte ruentes, & illa audaciæ pleni, de se sæpius per funestos exitus queri, quàm de fortuna debuerunt.

Iam vero peregrinis cum hoc populo agentibus ingens cautio esse debet, ne ex paucis, ac fortasse plebeis, totam gentem æstiment: sed neque inst tuenda est ratio, quia mores tam diuersos excipiant. Ferox vulgus, vbi vino aut ira incauit, nonnunquã superbiam tumoremq; in hospitem iniuriam vertit: In tanto turbine animorum eos per æmulæ superbix contumaciam lacescere velle, paulo aliquid supra dementiæ malum esset. Ne tunc quidem tempestiuum est tuam causam fidentior orare, in seuo ægroque tumultu, multo minus magnitudinem animi ostentare defensionem meditantis. Leni & placido questu melius exarmaueris irruentes ignobiles preceserunt, quibus primum æstum mitigabis in furorem euntium.

Nam

Nam hic torrens si nullo obice irrite-
 tur, momento languebit. Et hæc quidem
 timidæ prudentiæ cautio adhibenda, v-
 bi in oppidis agrisue multitudo in aduo-
 cationem eorum, qui in te primi deservi-
 unt, aut concurrunt, aut timeri certe po-
 test. In solitudine, autem, & vbiunque
 non impari certamine potes ingruentes
 refutare, tum exercenda est, saltem ad
 speciem, vis animi contumelias non fe-
 rentis; quâ terrebis non vera virtute in-
 sultantes, & iniuriam pati tam idoneos
 quam inferre. Magistratus porro, ac iu-
 dicees, peregrinorum questibus faciles,
 haud inultam popularium in illos iniu-
 riam ire, sinent; si modo non peccauerit
 multitudo, quam accusari pronum, ple-
 cti autem vbi que difficile, & vt pluri-
 mum, nefas. Et adeo hospitalia, tribuna-
 lia in ea gente erecta sunt, vt siue exter-
 nus actor sit, fauentes iudices habeat, si-
 ue vno crimine cum indigena reus, siue
 ad virgas furcamue destinato, ipsi inter-
 dum nihil acerbius iubeatur, quam e
 Britannia excedere. Patricijs quoque a-
 nimus ad excipiendos peregrinos spon-
 te factus, & famam illius comitatus cum
 honesto ambitu quærunt; vt neminem
 possit peregrinationis Britanniaæ pæni-
 tere, nisi auersis incultisque moribus in
 barbariem natum, aut indignum, qui

Optimatum consortio misceatur. Cum his tamen, qui sui fastigij grauem cultum ipso gestu, atque verbis magnifice adornant, ex aduerso componendus est gradus ad certam maiestatis, ne te fortè, aut ex suâ grauitate, aut ex tuâ oratione æstiment, quæ non Italicæ Gallicæue humilitatis more, demittenda est. Eui- leices alioquin apud homines non as- fuetos huic generi humanitatis per al- ternas blanditias mentientis.

Mores Scotorum.

SCOTIS præceps ad omnia animus, quæ spes semel persuasit, cui maxi- me credunt: Iracundia in promptu, sed quam facile post primos impetus miti- gant. Quærere opes, quam seruare, meliores siue quod in doles fortuna sua maior inconsultæ liberalitatis impe- tu laborat, amatque opulentiaë fa- mam, siue patriæ more decepti, vbi ad nummos peruenerint, qui in Scotia fælicitati iufficerent, iam de inopia sunt securi, nesciuntque in vnaqua- que regione cum auri argentique fre- quentia sumptus quoque & rerum pretia conuenire, vt nec facile ingens pecunia quæri possit nisi vbi effusif- sime solet expendi, Animi illis in quæ-
cunque

cun
cessu
tia c
Mu
quar
iam
fort
dust
ex
que
suæ
nis
inea
tria
tate

A
me
con
non
siue
rum
ter
lest

ex
sub
rum
fica

cunque studia inclinant, mirifico successu inclyti, vt nullis maior patientia castrorum, vel audacia pugnae, & Musæ nunquam delicatius habeant, quam cum inciderunt in Scotos. Etiam vrbanis negotijs pares, ad omnis fortunæ, vitæque genera, suam industriam aptauere. Vagis porro, nec ex dignitate peregrinantibus, adeoque non alia nitentibus ope, quam vt suæ gentis hominum, qui in externis regionibus sibi diuitias peperere, ineant domos, exigantque velut patriæ vectigal, nihil est superbâ mendicitate deterius.

Mores Germanorum.

A Pud hanc gentem aperti mores placent, & qui Baccho libertatis nomen imposuerunt. Omnem speciem reconditi astus odere, siue quod fideliter non legunt arcana, cum mero soluantur; siue quod animi in illis corporibus plerumque sentiunt feretosos, & aciem cæterorum, tanquam in se intentam, molestissimo timore suspiciunt.

Rerum publicarum magistratus, ex ciuium sorte delecti, non quidem sublimis elegantia mentem afferunt, ad tribunal, sed diligentia efficaci inhærent parentum institutis.

Faci.

Faciles autem ad imperantium nutum pupilli, etiam sæpe suis Magistratibus de Religionibus credunt, & vix sacrorum ritus, quos Princeps Ciuitasue probauerit, videas vlla priuatorum religione aut pertinacia inquietari. Mala quæ Angliam & quamdiu inter hos æstus luctata est, Galliam iactauerunt, hæc miserabilis incuriæ pene dicam felicitas euasit; Austriam tamen exceperim, scilicet pene exeuntem de Germanico zelo, nec quæ vt nomine ita priscorum ingeniorum sorte excidit (pars enim Pannonia priscis fuit) Bohemiam quoque, non hac primum ætate infælicibus circa numinis cultum litibus in se conuersam: sed & illa quanquam in Germaniæ sinu, tamen ab ipsius corpore exacta est lingua, moribus, legibusque diuersis, Litteræ in multis locis cultissimæ.

Vis mentium vt opaca, ita ad æternitatem laborum est robusta: vt cæteri melius, quidem scire, illi vero plura possint. Ex optimatibus multi qui suis opibus, moribusque contenti, vnã Germaniam aut viderunt, aut mirantur, licet suo iudicio grauissimæ prudentiæ conscij humanitatem nostri sæculi parum habent.

Peregrinandi gens auida, & exterorum morum, dum se receperit domum,
 aut

aut s
 sedib
 dign
 con
 quo
 H
 mag
 Igno
 tituo
 niun
 citia
 scele
 nora
 Pa
 bris
 palan
 tant
 liebr
 quoc
 tia au
 pass
 tur in
 que i
 ant su
 ant.
 N
 quib
 citat
 cipu
 nis a
 armi

aut simulatrix, aut retinens. In eorum sedibus inolescere peregrinos, aut ad dignitates peruenire, insuetum: & pene contumeliosum apud illos nomen est, quo externos appellant.

His moribus onerata Germaniam magnitudo virilium virtutum absoluit. Ignota ibi perfidia, etiam in venali fortitudine stipendia merentium. Ne ingenium quidem fraudis, aut odia sub amicitiae titulis latent, & omnino ingentia scelera verecundi populi simplicitas ignorat.

Parca, & in furtorum suorum tenebris merfa libido: non ut alibi terrarum palam inter titulos atque ludos exultantis iuuentutis. Nam & prope ad muliebris pudicitiae similitudinem viri quoque hanc pestem aspernantur. Prudentia autem ut non illic subtilia ingenia passim habet, quorum artificio deducatur in confinium doli: ita veris maturisque iudicijs insidet quae & facile caueant suis rebus & alienos errores despiciant.

Neque desunt altissimae mentes, in quibus patriam grauitatem viuidi & excitati acuminis faelicitas temperat, praecipue si validum ingenium diu peregrinis artibus, moribusque miscuerint. Gens armis egregia, & quae pacem ferre possit.

Tardè

Tardè & cunctantibus consilijs ad tumultus concitantur: sed excitos, longa tempestas, & hominibus digna exercet. Populus æris ferrique tractandi peritia, insignis est, Typographiæ inuentû, puluerisque nitrati, illis ingenijs Orbis debet, ambiguo prorsus beneficio, & quo tam pernicies mortalium quam utilitas, se humanis rebus vltèrius insinuauit. Candidi animi virtutes aliorum, factaque aut inuenta, maxime absentium, non maligno & tumido liuore delibant, sed sinceris laudibus, ac propemodum immodicis attollunt.

Mores Italorum.

CÆterum magni casus, & regio toties in exitium sui diues, illos primos, & quos ex veteribus dicimus mores, de Italicis gentibus vt plurimum excussit. Animus tamen omnium rerum capax, neque pingui impetu & tantum ad naturæ imperium, sed eruditè, & cum artificio virtutes, aut vitia sequuntur. Humanitatis effusa promissio, ab ijs omni corporis gestu sancitur, verba exactæ vrbauitatis, & cum volunt ad persuadendum aptissima. Etiam prolixè beneuolentiæ indulgent, & vbi vere amant, omnia discrimina habent infra tam humani fæderis sanctita-

Et ita
spont
ment
quia
que t
aut o
inter
vt in
grass
feru
tes,
est a
trico
den
nec
vel
que
um
mi
per
sui
call
vix
lian
spe
arb
dir
pro
mi
Et
no

Etitatem. Si quos autem oderunt (siue
 spontè auersi, siue se laceffitos existi-
 ment) ideo periculi plenior res est,
 quia hanc animi ægritudinem plerum-
 que regentes, altè interim æmulationis
 aut offensæ memoriam recondunt. Læsi
 interdum ad obsequium descendunt,
 vt inter amicitiaë iura tutiori fraude
 grassentur. Etiam ætatem hæc odia
 ferunt. Ac quod noxiosissimum pu-
 tes, nonnunquam animus tam facilis
 est ad vulnus, quam pertinax ad cicat-
 ricem. Mentis intra tristiores pru-
 dentiam castigatæ vix sustinent iocos;
 nec quid temere, & absque consilio,
 vel dicere assueti vel facere ex suo quo-
 que more alios æstimant, nutus omni-
 um, oculos, verba, in argumenta ani-
 mi superflua subtilitate ducentes. Ita
 perpetuis suspicionibus, atque curis,
 sui actus pænas luunt sed & ipsa nimia
 calliditatis opinio est ingrata, cum
 vix in simplicem nec suspectam fami-
 liaritatem descendentes semper stare in
 specula credantur, quid cæteri agant,
 arbitraturi. Venena damnatamque libi-
 dinem, ideo omiserim, quod non Italiaë
 propria vitia, sed in totam Orientè cri-
 minatio, ad meridiem quoque defle-
 ctens, vni genti præcipue imputari iure
 non possit. Maxime cum hæc scelera
 vene-

tenebris fraudique mandata, & negari
facilius a conscijs possint, & ab æmulis
fingi.

Ingens autem, & publica crudelitatis
opinio est, qua illic feruntur odia inter
se inimici exercere, prædoneſque graf-
fari. Ita affectus dispensante natura, vt in
quibus regionibus maior passim huma-
nitatis species cernitur, ibi prædonibus
sit trucior animus, inimicitiarū quoq; &
vltionis ingeniū magis in barbaros ritus
degeneret. Nam Italia vltro prodigens
obsequij cultusque promissa, quod est
ad odiorum immanitatem aut latro-
num in extremum sæuitiæ abiit. Galli
non pari humilitate verborum, gestu-
umque, amicitiam colentes, multum
quoque de crudelitate remiserunt. Ne-
que enim tam facile adducuntur, vt im-
pijs cædibus naturæ ius violent, sal-
temque mortem suppliciorum maxi-
mum putant, non pænarum optabilem
metam, & ad quam debeant inimicis
per tormenta gradus esse. Demum An-
glia, à Gallicæ humilitatis pompa rece-
dens, etiam multo magis ab illa crude-
litatis barbarie diuertit. Nam & prædo-
nes spolijs contenti sunt, & omnino in-
solens facinus adimere vitam, ob lon-
gas perticas, ferroque præfixas cervici-
bus euntium illidunt, vt animo per
subi-

subitu
nec ill
ipsi ad
rixæ

Ita
pes, &
que li
diuer
mores
uersis
incola
ab ijs
ta est.
gimin
pars,
comp

Ro
petu i
opule
orbis
vnqua
animo
cum i
mana
cordi
tificu
briaq
pulis,
indui
nerat
sui Pr

subitum & breuem liquente torporem, nec illi suas res defendere possint, nec ipsi ad cædis nefas adigi, qua mutuarixæ frequenter funestæ sunt.

Italiam autem, quanquam totam Alpes, & maria in se collegerint vnus quoque linguæ Societate cognatam, tamen diuersus multiplexque spiritus in varios mores egit. Sæpe enim, & per partes, à diuersis gentibus victa, non vnus animi incolas admisit, quos in doli suæ miscens ab ijs vicissim externi genij fati imbuta est. Accessit ad formanda ingeniaregiminis modus, in quod se vnaquæque pars, post tot cladum mutationem, composuit.

Roma multo variarum gentium impetu iam olim de suæ magnitudinis ac opulentix fastigio deiecta est, tanquam orbis sua spolia inde reposceret. Neque vnquam mutatio ius suum in hominum animos maiori prodigio exercuit, quam cum illud Imperium ingenti spiritu Romanæ Indolis erectum humilitate & concordia affixit. Nunc ipsa vrbs sub Pontificum iure, cum non modica latij Vmbriæque regione, vicinisque aliquot populis, aptos quoque tali imperio animos induit; scriptis quippe, terroreque & veneratione cælestium rerum, toto orbe sui Principis maiestatem, plusquã armis
&

& maiorum fortitudine, asserens. Sub Regibus autem illud omne concessit, quod à Piceno, sinuque formiano, Adriaticæ & Tyrrhenæ undæ cingunt, in ingens Ionij maris latus extrema cornua Italiæ effundentes. Sedem nomenque Imperio Neapolis dedit. Non alibi in Italiæ finibus maioribus animis nobilium virorum impetus, ac prope modum fastus, attollitur: Equorum, armorumque studiosi sunt, faciles ad stimulos gloriæ, & in omnis magnificentiæ cultu intenti.

In alia Italiæ ora, qua influenti Adriatico primæ terræ intercedunt, Urbem Veneri condidere, cum oppidis exuti, in illa vastitate, quam Attila Italiæ fecit, suis se paludibus legerent. In ea ciuitate, quanquam toti nobilitati gerendæ reipublicæ ius est, tamen summum imperium est penes paucos ex senioribus manet, seuerum quidem illud atque sollicitum, vt necesse est, in tanta vicinorum potentia, ciuiumque deinde opibus, nisi cohibeantur, ad ambitum vitio diuitiarum spectaturis. Sic illa disciplina domitos animos, per aulicorum studiorum venustatem non deducit; ac ne quidem illis voluptatibus decorique assuefacit, qui Patricias stirpes alibi tenet, vt est rei equestris, armorum-

moru
legan
li m
blicè
tur,
monio
præte
per va
auspic
clarita
maria
pumq
mixti
cupid
dent
trocin
mul g
autem
em ac
cueru
positi
deind
& vtr
perun
C
pes su
imper
sunt i
nandi
nisi pe
pes no

morumque disciplina, aptæ quoque e-
 legantiæ, & vrbauitatis, pro secu-
 li more, peritia. Plus denique pu-
 blicè sapere, quam priuati, edocen-
 tur, nisi quod in procurando patri-
 monio eximiã sedulitatem habet. Aliæ
 præterea vrbes olim se composuerant
 per varia Italiae littora in Reipublicæ
 auspiciu, quas fortunæ vis erepta
 claritate Imperij, quod per externa
 maria quæsierant, in Regum Princi-
 pumque clientelam coegit. Iam in ijs
 mixti animi inter gloriosæ libertatis
 cupiditatem cuius adhuc imaginem vi-
 dent, & Principum, ad quorum pa-
 trocinium confugere, necessariam si-
 mul grauemque potentiam. Insubres
 autem, corporibus animisque speci-
 em ac genium Gallia Italiaeque mis-
 cuerunt. Vultu membrisque pene com-
 positis ad Gallorum venustatem, quam
 deinde Italicis dotibus implent. Sed
 & vtrique vt virtutes, ita vitia exce-
 perunt.

Cæteræ in Italia regiones Princi-
 pes suos habent, modicis plerumque
 imperijs, ideoque maiori calliditate, vt
 sunt in ingenti pelago scaphæ, guber-
 nandis, cumque in angustis Prouincijs
 nisi per immensa vectigalia sufficere o-
 pes non possint maiestati dominantis;

salu-

salubri consuetudine illæ gentes assue-
cunt, & opes inuenire, & pro Imperio
repositibus non negare. Nihil autem
est tam arduum sedulitati humanæ ad
quod Italici acuminis præstantia non
tollatur. Ab vltima etiam sorte vulgi
non paucos quotidie in nomen atque o-
pes felix industria producit. Nullum cu-
rarum genus, quod diuitias promittat,
aut, si opus est, humilitatis specimen as-
pernantur: longi quoque laboris speique
patientes. Quorum alterum fastus His-
paniæ, alterum subita atque præceps vis
Gallorum non toleret. Altæ & ad rerum
publicarum gubernationem validæ mē-
tes, ad omnem fortunam idoneæ, frugi
homines, intentique ad futura.

Mores Hispanorum.

TAm ingentibus incrementis non
mutati in Hispanis quidem mores,
sed magis aliquantum excusati. Quippe
eorum rebus adhuc humilibus dignus
tamen hodierna magnitudine tumor
fuit, in quem sua sponte Natura nati
sunt. Et hic illis vitiorum ac virtutum
causa est. Graues enim animi, & cum
pondere quodam elati, non subito im-
petu effunduntur in diuersa, nec vincere
magis sciunt, quam victoria vti. Ita ad
omnia pericula peruitaces, ne tempore
quidem

quid
natu
locis
Sed
ingra
tium
gran
nisi se
uis, se
dium
ime p
ne m
ad tē
pene
& sic
sa sui
tient
non t
corpo
tinor
mero
nis, n
ta, affi
fuffic
facile
hiores
uiuij,
perce
ciliu
cum i
pater

quidem & tædio vincuntur; factamque naturâ & arte constantiam vix de illis locis amoueris, quos semel infederit. Sed verba quibus se, suosque attollunt, ingrata audientibus, fabulisque scribentium traducta. vultus quoque cum hoc grandi sermone conspirans, & conuictus nisi seruientibus & domitis animis grauis, seueræ maiestati pene quoddam odium addit. Vnusquisque in acie ac maxime phalange, quam singulari discrimine maior seruatas parcimonia opes, & ad tēperantiã institutis corporibus sæpe negatas, in vestitu consumere amant, & sic ad ostentationem proferre, immensa sui fiducia, sed apud timidos aut patientes maiore. Illis frugalitas eximia, non tantum in suæ Hispaniæ æstu (vbi corpora nimio sole marcentia cibum patinon videntur) vbicunque suorum numerorum periculo edunt. Modicus panis, nec pretiosa herbarum condimenta, assuetis tam rigidæ virtuti plerumque sufficiunt. In alieno autem sumptu haud facile alijs ad mensarum hilaritatem meliores. Nulla tunc series opulenti conuiuij, quam non totam oculis manuque percenseant. In vltima paupertate supercilium non omittunt. Sutori & egeno, cum iam fata instarent, aderat filius in paternam sortem natus.

G

Is

Is cum rogasset, ecquid sibi decessurus
 præceptorum relinqueret, iam defecta
 voce Pater vt inquit, memineris in ma-
 iestatem assurgere familia tua dignam.
 Miraculo nobis fuit ex Hispania mulier
 vix centonibus satis tecta, tribusque qui
 comitabantur liberis precarium spiri-
 tum tristi mendicitate producens. Fortè
 in Gallorum cætum inciderat: Et ex his
 statim vnus spectaculo motus, ego in-
 quit, O Mulier hoc te onere ex parte le-
 uabo, maiorem ex tuis liberis (& is fortè
 ad decennium peruenerat) mihi trade,
 hunc leuibus, suæque ætati paribus ad
 seruiendum officijs assuefaciam, vbi a-
 doleuerit, meo sumptu curaque hoc arti-
 ficij genere quod maxime probauerit,
 imbuetur.

Ad hæc mulier, nec Deus siuerit, ô mi-
 homo, quanquam pauperem me vides,
 vt in tantam humilitatem filium dam-
 nem, qui aut tu, aut ego, sciamus, in quæ
 fata sit genitus? aut quam claris virtuti-
 bus, subsidium patriæ paraturus? Satius
 illi, si ita fata tulerint, inedia extingui,
 quam ad seruitutem (sub externo præ-
 cipue Domino) egregijs hominibus in-
 dignam accedere. Fallunt tamen Hispa-
 ni tantorum spirituum specie, quales na-
 guræ spontè, & sæpe incogitantes, effun-
 dunt.

dunt. Nam plerique illorum parca modicaque sorte contenti, ne spem quidem ad maiora fastigia, & supercilio suo digna videntur attollere. Hinc videas ad arcium præsidia modico stipendo collocatos, velut in patrijs laribus, inter impares tam ambitiosis verbis curas ad senectutem peruenire. Quod utique minus pati Gallorum animi possint, ad noua subinde omnia erecti, & Italica sedulitas, semper illam quæ ventura est, fortunam obseruans.

In Hispania studia litterarum eo cultu non nitent, quem hæc ætas nudis & squalentibus musis reposuit, cum perijfse videretur ille eruditionis spiritus, qui omnem scientiarum partem debet implere. Non enim latinæ eloquentiæ studium ibi viget, non venustas Poëtices, non historiæ, priscorumque rituum utilis & robusta lepiditas. Veterem æ pene barbaram in quærendis scientijs rationem obtinent: Philosophiæ incumbunt, Theologiam amant, nõ spernunt Medicinæ ac Iuris sacrorumque canonum peritiam. Sed illas scientias Græca latinaque eruditione mitigari non indignantur, putantque hoc modo fucum addi, quo virilium litterarum

lineamenta elangueant. Vir nuper non ignobilis in litteris famæ, cum ab ijs quibus obsequium addixerat, iussus esset in Hispania diuinarum rerum scientias profiteri, statim ac politioris doctrinæ velut infamia euiluit, ad motisque precibus supplex, à suæ libertatis Dominis impetrauit alias sedes & suæ humanitatis patientes.

Et hoc quidem Academiarum malum est. In suam regionis dignitatem, libros patrio sermone conscriptos amant habere, prorsus vt in militaris nominis ambitum videantur, hanc formam seuerioris in Musas negligentia quæsiuissæ reconditæ illis mentes, & ad lenta consilia idoneæ: hinc longos cuniculos agere, & veluti obsessis in aspectos.

Arma & pacem ex suis temporibus sapientissime æstimare.

Opibus animos subigere, ad hoc inuicta arte de fortissimis gentibus triumphare. Maxime autem solemne est, & parandam reuerentiam, nemine cælitum vti, specieque sacrorum subducere ambitum oculis vulgi. Numini suas cupiditates imputant, & veluti pro illo depugnantes solertissime sese vincunt. Illa veluti præfatione, in omnium rerum cæpto, tanquam in scenam & tragediam,

gæd
la, h
traç

pub
bell
min
Pri
bus

ab
traç
fun

les,

Equ

quo

nuri

peti

præ

pule

præ

de s

gen

ides

tia,

præ

peti

quo

illa

gen

tum

gædiam, intrant. Ferdinandus & Isabella, hunc iam patrium morem nepotibus tradiderunt.

Quippe in hostibus suis inueniebant publici odij causam, adeo ut semper in bellis credi vellent Diuinæ iracundiæ ministrare. Cum externarum gentium Principibus acturi, non ex Optimatibus Ducibusue Oratorem legebant, sed ab alicuius Monasterij solitudine extractum. Ita præter recisos legationis sumptus, fidem quoque eiusmodi faciales, & reuerentiam negotio faciebant. Equidem dignissimum laude putem, quod Hispani in magna hominum penuria vastum tamen & dissipatum imperium suorum Ciuium colonijs, aut præsidijs tenent, sui que ærarij famam opulentia iudice nomine, & ingentibus præterea verbis cauta & industria fraude sustentant. Cæterum in Hispanica gente pompa verborum, gestuumque ideo minus ingrata est, quod non ascitia, aut extorta, sed veluti ex naturæ præcepto intumescit; cuius omnis impetus, etiam in vitia declinans, nescio, quo genio decet. Sed nec indignos putes illa specie animi in cothurnos assurgentis. Sordes saltem palam odere, cultumque corporis amant, munditiæ &

patricij ritus vestibus indulgere, arma
 etiam deficiente penu tanquam præci-
 puum in viro ornamentum & seruant,
 & gestitant. Nihil in illis ineptum (nisi
 si quid iactatio expresserit) in colloqui-
 js, cæteræque vitæ vsu: callidis aptisue
 ad omnia ingenijs, nec se ipsa eodem fu-
 co ignorantibus, quem facere alijs ver-
 borum pompa volunt. Sermonum &
 amicitiarū exordia per speciem mitissi-
 mæ humanitatis adornant: hostu quo-
 que illis in ijs optime poteris eadem
 tranquillitate adoriri, succedentes au-
 tem ad fastum, mutua maiestate
 excipere. Si vero te Gnathonem augu-
 stior fortuna voluerit esse, timendo si-
 lentio plausuque fatia, animos in suam
 aut patriæ magnitudinem diffusos. Ac
 tunc quoque nisi quod iam admordeas,
 tuum esse ne duxeris, meminerisque, vt
 te promissis onerant supra fidem ingen-
 tibus, largiorem etiam quam præstare
 ynquam possis operam, mendaci-
 um astruente fiducia
 polliceri.

(...)

Mores.

Mores Hungarorum.

DIxerim, bello & assiduis malis factum, ut vulgus quod in agris habitat, excussa rusticitatis simplicitate in sæuitiam plerumque abierit. Nullo discrimine, in suos, atque hostis milites, insidias struunt. Si quibus sub noctem aberrare contigerit, adsunt statim ad prædam, & ingratiſſimo scelere suos milites, sibi opem per omnia discrimina ferentes, non aliter à se, quam nudos, & in vltimæ mendicitatis imaginem amittunt. Nobilitas ut par est, mens erectior, meliorque frons, & animus ad magnificentiam factus, membra incessusque, compositi ad venustam maiestatem Togis & tunicis utuntur, ad morem orientis, purpureis maxime, aut quæ cæruleum colorem acceperunt. Et hic vestitus egregie viros decet, breui ut plurimum acinace ad togatum latus appenso. Callidis & ingentibus consilijs valent, pari que audacia, præsertim si breui duntaxat & furtitio impetu opus. Ingentes proceribus opes sunt, magna quoque, licet in regno, libertatis vestigia. Vnicuique pro opibus multitudine clientum, & illis in patronos ingens fides. Non alia intentior nobilibus cu-

ra, quam ne quid de ijs prærogatiuis de-
cedat, quas iam à multis ætatibus in-
remeratas habent.

Et ideo maior armorum pertinacia
contra Turcam, qui in vnã seruitutem
omnis claritudinis sanguinisque famili-
as premit, Absque hoc, inclinatio ani-
morum in illis timeretur aliunde poti-
us Reges quam ex Germania potituris.

Quippe Hungaros Germanosque,
vulgare viciniæ malum superba æmula-
tio inter se committit. Probra vtrimque
in domesticis colloquijs sæua, alternis-
que vitia curiose aut explorant, aut
singunt. Hungari equorum studiosi,
quos optimos habent, vestes quoque, &
arma, ad delicias pompamque exigunt,
equis malunt, quam pedibus prælium
inire, auidissimi honorum, timerique,
cum ambitu quærunt.

Italica ingenia artesque sequuti, ne
quidem ab eorum vitijs creduntur ab-
horrere, & vindictæ facinora peragere
dicuntur iisdem artibus, parique liuo-
re. Ad amicitiam facillimos putes: sed
hæc verane sit aut tuta, nulli melius æ-
stimabunt quam ij ipsi qui illam ini-
bunt, seriore putantes, num amari me-
ruerunt, an vero illa gens vtilitatem cap-
tura, simulatione beneuolentiæ frau-
dem

dem
stran
hile
pot
cui
infin
hun
cem
olim
pote
nos
tes
pos
nas,
tian
& p
sol
sol
-id
P
a
nos
qua
regi
terr
quæ
pier
que
cum
me

dem paret. Insignis est apud illos magistratus, quem Palatinum dicunt, is nihil ex se decernere, sed obstare Regi potest quicquam publicum sancienti: cui postquam suo suffragio intercessit, infirmum est quod deinde statuitur. Et hunc plurime colunt, tanquam vindicem libertatis, oppositumque Regibus, ut olim Tribunatus Romanis Consulibus potestatis modum fecit. Hinc scias magnos gentis animos, nimiumque tumentes, dura aut soluta imperia pati non posse: nisi (quod in prouincijs illis cernas, quas Turcæ inuasere) ad reuerentiam Dominorum acri metu cogantur, & premente spem omnem libertatis.

Mores Polonorum.

POLONIS ut plurimum dura vita cælo aspero, nec populi moribus factis ad nostri sæculi venustatem, & hinc aliquando sæuiora ingenia. Diuersoria peregrinos excipiunt, longè à nostrarum terrarum ratione. Deducuntur in sedem quæ inanis & plerumque perfossis ad accipiendum lumen parietibus, ventis quoque & hyemi patet, nulli quibus decumbant lecti, non erecta ad epulas mensa, longo ac multiplici clauo paries
fixus

fixus est. Illic hospites farcinas quas habent, in ordinem appendunt. Multo deinde stramento sternitur solum, & hoc in illis diuersorijis prothoro est. Itaque per illam regionem processuri, ad iter ita se comparant quasi domum circumducant, cibos, & cætera in alimentum ferunt, lectulos in rhodis collocant, vt nudis illis tectis, excepti suâ supellectile & famem & frigora arceant. Gens est ad ferociam & licentiam nata, quam vocant libertatem, adeo vt infandæ barbarie legem multis sæculis ibi solemnem, vix nunc demum omiserint. Ea scilicet cauerant, vt qui hominem peremisset, solueretur metu iudiciorum, si in iacentis cadauer proiecisset, pauculos nummos, quorum numerus eadem lege destinabatur. Nec tam vile fecissent humanæ vitæ precium, nisi sui genij impetu pro leui facinore haberent humanum æruorem prodigere. Ipsum nomen non tantum seruitutis, sed & iusti ac legitimi regni oderunt. Rex ad patrias leges vi & armis adigitur. Nobilitas tristibus prærogatiuis se ipsa donauit, quibus possit sibi inuicem & impune nocere, quippe Principi non satis iuris est, vt quod peccauerint, ipse vindicet. Maxime sibi credunt, nec maior libido est libertatis in moribus,

mori
num
bus,
lun
sui,
Hin
erro
anti
suæ
ferti
suaru
pere
bus

Tv
n
curat
scien
hum
comp
præse
supel
cia v
unt;
more
quod
iure
fundo
muta


moribus, vitæque civili, quam in religionum & caelestium rerum sensu; de quibus, vt placet, sine metu, & sentire volunt, & loqui, scilicet immansi fiducia sui, quibus sapere alieno ductu pudet. Hinc in diuersas hodie scissæ mentes, errorumque omnium lues, quicumque antiqua sæcula polluerunt. Quisque in suæ familiæ laudem intentus est; præsertim si in exteros incidit, & expertes suarum fortunarum. Sæuire quam decipere promptiores, & ipsi magis fraudibus quam vi patent.

Mores Turcarum.

Turcis rustica ac demissa indoles; neque digna libertate, quam non curant vindicare. Rudes animos ne vlla scientiarum humanitate mitigent. Mahumetes lege cauit, quo facilius ignari componerentur in legis vefaniam, quam præscripsit gregum, armentorumque & supellectilis, præcipua illis cura; ædificia vix ad vsus, nec dum ad cultum extruunt; siue adhuc scythicæ originis memores, & vitæ in plaustris errantis, siue quod vnusquisque suum agrum precarij iure possidet ad Principis nutum non fundos illos tantum, sed & prouinciam mutaturus. Principem in generato affe-
ctum mire

Et tu mire colunt, vmbra hunc & effigiem numinis vocant.

In ea gente sæuissimi, sædiusque in Christianorum odium intenti, non sunt illi, qui longa maiorum serie in Turcis sunt, sed qui in eorum ritus à nobis defecere, cæteris mitius ingenium perhibetur; longè tamen à moribus nostris esse. Venena non alibi ingeniosius parantur: & vix credibile, quantis artibus vim nocentium rerum exprimant, copulentque, nec aliter scilicet, quam per mirabiles astus, illa lue quemquam tollant: omnibus quo hanc mortem & effugere possunt & tradere, in pari vitio calliditatem quærentibus. Hucusque Euphormio in Icon. anim. de moribus ac temperamentis diuersarum nationum, quibus recte cognitis (vt ait præfatus author) *quilibet animum ita instituere potest, vt diuersus sit cum diuersis, & cognoscat quid à quaque expectandum aut timendum.*



EPI-

H
tionis
mater
transt
omni
pis exc
nibus
doctri
fit, qua
difficu
this in
me iuu
suis co
ca feri
palato
ra nob
forte iu
zuribu
omniu
rarum
Physio
vno oc
re, ace
tanden
crescer
prodire

EPILOGVS.

HÆc sunt, Beneuole & Candide Lector, quæ simplici ac plebeio Orationis stylo (ita requirente operis huius materia) è Belgicò idiomate in Latinum transtulimus, eaque in vsum & gratiam omnium Physiognomiæ amantium typis excudi curauimus, vt eo magis omnibus obuia ac facilior hæc Aristotelis doctrina Physiognomica accidere possit, quæ fat multis in hunc vsque diem difficultatum ac obscuritatum Labyrinthis inuoluta fuit. Quod si verò hæc à me iuuenili calore effusa, ac horis succisuis conscripta (quibus à Praxi Medicæ feriatum fui) non omnium stomacho palatoque arriserint, meliora & solidiora nobis exhiberi præstolabimur. Vel si forte iucunda ac non inamæna eruditis auribus attulerimus, Deum Datorem omnium rerum, ac cunctarum Creaturarum Cardiognosten, summum illum Physiognomum, vniuersa huius mundi vno oculo intuentem nobiscum laudare, ac extollere dignentur, vt vberiores tandem ingenij fructus, Deo duce ac crescente ætate aliquando in lucem prodire valeant. Tu interim Benig-

Hæc Lecto-

ne Lector Vale, Viue, ac commodis in-
 comoda vtilique materia ad gloriam
 aſtius vttere, in quo theſaurus ſapientia
 ae ſcientia absconditus. Ex Muſæo
 noſtro Calend. Februarij
 Anno reparata
 ſalut. 1649.

Feci, quod potui, quod tu mihi
 Chriſte dedisti
 Quod niſi tu dederis, ſcribere ne-
 mo poteſt.

FINIS.



isin-
riam
ntia
ao

mili r

ene

7





Handwritten blue ink markings, possibly a signature or number, located at the top of the page.

ULB Halle


3

004 765 281



Handwritten blue ink markings, possibly a signature or number, located in the lower right area of the page.

Handwritten blue ink markings, possibly a signature or number, located in the lower right area of the page.



es
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
7
8

centimetres


KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Kodak

LICENSED PRODUCT

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



7. extra
tate fi-
quie-
6, 13. 2,
culum,
29. vi
dolo-
25, 7 &
2, 8, 5,
hale, 2,
3. 2, 13,
infide-
es me-
N
E
M
A
P.
ST

